



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

Sept. 3, 22 - 1

(Vol I).

<36640512250017

<36640512250017

Bayer. Staatsbibliothek

Collegij S. J. *Monachij*

FASTI SOCIETATIS JESU,

Res, & Personas me-
morabiles Ejusdem Socie-
tatis per singulos anni dies
repræsentantes,

Operâ & Studiô

REVERENDI

P. JOANNIS DREWS,

Societatis JESU,

Prutheno-Varmiensis S. Theo-
logiæ Doctoris con-
cinnati.

Operis Posthumi

Pars I.

Pragæ, typis Universitat. Carolo-
Ferdinand. Collegii S. J. ad S.
Clementem, Annō 1740. —

PROTESTATIO AUTHORIS.

INsistendo Decreto SS. D. N.
I Urbani VIII. ejusque confir-
mationi ac declaracioni, obser-
vantiâ, ac reverentiâ, quâ par-
est; profiteor haud alio sensu,
quidquid in hoc libro in lau-
dem cuiuscumque refero, quod
speciem sanctitatis, aut miracu-
li habere videatur, accipere, &
accipi ab ullo velle, quam quo-
ea folent, quæ humana dunta-
xat autoritate, non autem di-
vina Catholicæ Romanæ Eccle-
siæ, aut S. Sedis Apostolicæ ni-
tantur; iis tantummodo exce-
ptis, quos eadem S. Sedes San-
ctorum Catalogo adscripsit.



I. JANUARII.

I.  Estum Titulare & Eucharisticum celebrat Societas: quod eximio DEI favore, in specialem Sacro - sancti & Salutiferi Nominis JESU participationem sit admissa: atque in ea Apostolicæ Sedis, ac præsertim Gregorii XIV. Decretis in perpetuum firmata. In Bulla enim incip. Ecclesiæ Catholicæ, constituit Gregorius: Nomen Societatis JESU, quo laudabilis hic Ordo nascens, à Sede Apostolica nominatus est, & hactenus insignitus; perpetuis futuris temporibus in ea retinendum esse. In ampliorem hujus beneficij contestationem, primaria Societatis Basilica,

A 2. quæ

quæ est Domus Professæ Romanæ , eodem Sacro - sancto Nomine est insignita, sancitumque ; ut per universam Societatem , perpetuis temporibus , singuli Sacerdotes Sacrificium Missæ ; & qui Sacerdotes non sunt , Rosarium integrum , aut tres Coronas Marianas , hoc die offerant Deo pro ipsa Societate ; ut Magnum Nomen sibi inditum implere , ac Duci suo JESU pro viribus se conformare satagat , in promovenda DEI gloria , & animarum salute .

2. Gregorius XIII. Pont. Max. idem Festum plenariâ indulgentiâ , Christi fidelibus in Ecclesiis Societatis concessâ , ornavit anno 1578. 7. Maji. Constit. *Quanta in vinea Domini , &c.* In strenam verò Novi Anni obtulit Societati , eodem anno , ipsis Januarii Calendis Bullam perquam favorablem , incip. *Pastoralis Officii curâ.* quâ confirmat exemptionem Societatis à quibusvis decimis , etiam Papalibus , prædialibus , personalibus , &c. aliisque oneribus , factam ab Antecessoribus suis Paulo III. & Pio

Pio IV. derogatque expressè Capi-
tulo : *Nuper de decimis.* Et Innocen-
tii III. Constitutioni : *Bullar. Soc.* &
Bullar. Magnum Constit. 51. *Gregorii*
XIII. Verùm hac exemptione à de-
cimis, in quibusdam provinciis ob
bonum pacis ultro cessit ipsa Socie-
tas.

3. Emanavit hoc die etiam Breve
Innocentii X. Annò 1646. incipit
Prospero, felicique statui, de celebranda
singulis Novenniis Congregatione
Generali, & eligendis in ea novis
Assistentibus, atque de triennali tan-
tum gubernatione Superiorum; post
quam ab omni gubernatione vacare
debeant, saltē per annum & dimi-
dium. Verùm hæc Innocentii san-
ctio, *quoad vacationem Superiorum,* ab
Alexandro VII. imprimis variè laxa-
ta, deinde anno 1663. i. Januarii
motu proprio penitus est abrogata
& cassata, propter varia nec levia in-
commoda. *Quoad Novennium*
Congregationis Generalis, & Ele-
ctionem novorum Assistentium, reli-
cta est in suo robore & vigore.

4. Hac die Annō 1593. Congregationem Generalem indixit Claudio Aquaviva, volente Pontifice Clemente VIII. ad instantiam Philippi II. Regis Hispaniarum, inducti à quibusdam Societatis perturbatoribus. Causæ inductionis afferuntur in literis datis ad Provinciales eadem die, nempe : (*ut collecta in unum tota Societate*, ac Spiritus Sancti aspirante gratia, de iis rebus tractaretur, quæ ad stabiliendum hujus corporis statum, & promovendam ejusdem in obsequio divino & virtute alacritatem, plurimum habere momentum viderentur : ut ratio iniretur, qua reduci ad quietem possent aliquot Societatis provinciæ, quibus id magnopere necessarium esse intelligebatur : tum in primis, ut Summo Pontifici Clementi VIII. id ipsum ob eandem causam, pro sua erga Societatem nostram paterna providentia, volenti satisficeret) hujus Congregationis eventum, è majori solitudine, universa Societas exspectabat, quod prima omnium esset, quæ

vivo Generali Præposito haberetur,
 & quod novo quodam *indicta* fuis-
 set more, nec ei pristina libertas fa-
 cilè constatura videretur. Juven-
 cius lib. II. part. 5. §. 8.

5. In causa Libri P. Ludovici Mo-
 linæ, *de concordia gratiæ cum libero ar-
 bitrio*, cùm adversarii instantissimè
 urgerent; ut liber quantocum d'am-
 naretur Rōmæ, quamvis approbatus
 in Lusitania post rigidum examen,
 & in Hispania absolutus esset: ex
 parte Societatis supplex libellus ob-
 latus est Pontifici Clementi VIII. an-
 nō 1599. 1. Januar. ut saltē audi-
 retur Molina, & defensioni justæ lo-
 cus daretur. Impetratum facilè;
 quia Pontifici suspecta jam fuit præ-
 cipitantiæ Consultorum, seu Exam-
 inatorum, qua raptim percurserant
 librum: ideoque jussérat illum & ju-
 dicia lata secundis curis recognoscì.
Elevtherius lib. 3. Historiæ de Auxiliis
cap. 4. § 5.

Eodem die obierunt.

6. Tolosæ in Gallia, annō 1564. P.

Joannes Pelletarius, à S. Ignatio Sancti Rectoris, à populo Apainiensi & alibi Doctoris S. Mariae, elogiò honoratus, ob frequentes, quâ publicè, quâ privatim de V. DEI-para sermones, cuius statuam ab hæreticis dejectam, magnifica supplicatione instituta, loco suo restituit, nequicquam frementibus iconoclastis. Injuncta ipsi ab his etiam viacula: quæ eadem toleravit constantiâ, quæ oblatam Cadurcensem Infulam repudiaverat.

7. Cusci in America Peruana, anno, 1598. P. Alphonsus Barzena, Peruorum Apostolus dictus. Ultimum gentilis Peruvij monarcham cum numerosissimo populo, Christo subjecit, potens verbô, opere, atque memoriâ, quæ undecim barbaras linguas, & omnes Apostoli epistolas est complexus. Solo Eucharistico pane refectus, sèpè quinque vel sex dies, labores gravissimos sustinebat; iter octo dierum aliquando paucis horis emensus. Infantia Christi tenerimè addictus, cùm in gravi ægritudine parvam ipsius statuam non posset adducere in consuetos amplexus: ipsa accessit statua, & ulnis ægri se ingessit, dicens:

Ec-

*Ecce me, adsum tibi; non est, quod te
fatiges.*

8. In Philippinis insulis, anno 1617.
P. Gabriel Sanchez, Vir Apostolicus: Orationis studiō tam addictus, ut inter copiosissimos labores, quotidie horas 7. ei impenderet; Votorum Religiosorum tam amans & observans, ut diebus singularis eorum formulam sexagies renovaret; Angelicæ puritatis tam studiosus, ut naufragus, in fundo maris non sit passus ab urinatore vestem sibi detrahi ad enatandum faciliūs.

9. Treviris anno 1607. P. Lucas Eleniz; in disponendis ad ferale bustum beneficis mirè sollicitus, laboriosus, & felix. Facilè ducentis salutariter adfuit; solitus dies, noctésque pro miserabilium illarum animarum salute, in carcere transigere, orando, & exhortando; quidquid moverent dæmones, & quamvis in beneficorum Senatu conclamatum fuerit de capite ipsius.

II. JANUARII.

I. ANNÔ 1604. Edictum Henrici Magni de restituenda in Gallo
A 5 liis

liis Societate , editum in Septembri anni 1603 . hoc die registratum est in Parlamento Parisiensi , ac deinceps executioni mandatum . Nè verò post fata Regis , novas in Societatem concitarent tempestates adversarii , præsertim hæretici : Ludovicus XIII . Rex Christianissimus Edictum Patris , sua , & Reginæ Matris regnantis , authoritate amplissimè solidissimèque confirmavit ; præcepitque Consiliariis suis in Curia Parlamenti , Seneschalcis , cæterisque iustitiæ administris : ut suâ operâ & auctoritate protegerent Societatem , & ab impetitionibus vindicarent . *Gomez in Elog. Societ. Part. 2. Class. 2.*

2. Annô 1556 . Universitas Lovaniensis , requisita à Serenissima Regina Maria , Belgii Gubernatrice ; quid sentiret de Instituto Societatis , & hominibus ejus instituti ? præclarum in scripto dedit testimonium de Sanctitate Instituti ; & quod nihil in Societatis Privilegiis , Bullis , moribus , & conversatione possit inveniri ; quod toti Ecclesiaz , & inferiori Ger-

Germāniæ non sit expeditius & utile. Gomez *ibid. Class. 9.* & Orlandinus *Part. 1. Hist. Soc. lib. 10.*

3. Perpiniani in Hispania anno 1671. placuit Divinæ Bonitati vim meritorum magni servi sui Ven. P. Francisci Suarez demonstrare, redditasanctæ cuidam Doctori, Joanni Gitaus, Sacerdoti templi principis. Febri torrida, pertinacique catarrho oppressus, mortem operiebatur in horas: cum subiit animum cogitatio implorandi opem Ven. P. Francisci, siquidem humana non superessent remedia. Curat igitur è Collegio accersiri P. Antonium Deschamps, eique mentem suam aperit. Probat iste consilium, suadetque, ut promittat, se Suarii imaginem pingi curaturum, si ejus ope convaluerit. Edito votō, mox febris nocte decessit, & intrà breve tempus plena sanitas restituta voti reum fecit. *Maffejus in vita, cap. 24.*

Eodem die obierunt.

4. In Commorino, Indiae Orientalis

promontorio , Annō 1549. Adamus Franciscus , Sacerdotio nondum initialis , sed gravi S. Xaverii testimonio , *Vix planè pīus , magnique animi ardore in Ethnicis ad Christum convertendis.* E quidem addit Xaverius , magis illi me commendō , quām ipsum Deo .

5. Manilæ in insulis Philippinis , anno 1632. P. Franciscus de Enzinas , strenuissimus per annos 30. Indorum Cultor. Post diem usque ad profundas tenebras impensum confitentibus , conyessus ad recitandas Horas Canonicas , psalmicantibus è vultu radiis ita illustrabat Breviarium ; ut lampade vel candelâ non indigeret.

6. Hamburgi in Germania , annō 1654. P. Henricus Schächtius , impiger & industrius in castris Germanicis , & inter Acatholicos Missionarius. In Suecia , ut laeteret securiis ad juvandos Catholicos , artificis muscipularum , imo & gerulæ personam induit ; solitus apud Upsalensem Consulē Catholicū si nas infantū agitare. Proditus tandem , & è lecto ferè nudus in teturū carcerem abruptus , frigus , catenas , pedorum , &

ter repetitos equulei acerbissimos cruciatus fortiter sustinuit. Consule Anthelio, cum Secretario Gregorio Ursino, in odium fidei securi percussis, P. Henricus fatalem ictum evasit, quod non esset indigena. Redux in Germaniam, perutilem operam navavit in castris Catholicis.

III. JANUARII.

INdiarum Apostolus S. Xaverius, anno 1552. Cocino ex India Orientali epistolam dedit in Lusitaniam ad P. Simonem Rodericam, unum ex primis decem, petens ab eo suppicias pro Japonia. Quæ ut utiliores venirent, requisivit in ipsis dores sequentes. I. Ut essent non solum eximia animi virtute, sed etiam egregia corporis robore prædicti, ad tolerandas tum vexationes Bonziorum, tum ætis inclem tam, & vi-ctus penuriam, aegritatem, & inter-hæc laborum assiduitatem. Ideoque diserte petuit Germanos, & Belgas, cœlo rigidiore assuetos. Egregie exercitatos in tricis Logicis, & Me-

Metaphyfis: ut & evadere Boni-
ziorum captiones, & ipfis net pro-
priis laqueis irretire possent, atque
authoritatem in Japonicis Academiis
fibi comparare, præsertim in Bandu-
ensi, cæteris celebriore. Conclu-
dit epistolam: Iterum te oro, Frater
charissime: ut quos in Indiam & So-
cietate submittes, viri sint; qui vel
pauci magno usui esse possint. Ita
Xaverius *Epistolarum Veterum lib. 4.*
Epift. 2.

2. Annō 1634. prodigiosè perfa-
natus est Neapoli à S. Francisco Xa-
verio P. Marcellus Mastrillus S. J.
lethaliter ægrotus; Xaverio se ipfi
sæpe diuque spectabilem exhibente,
& conceptis verbis, confuetam voti-
rum Societatis formulam ita recitan-
te: ut Marcellus, eo præreunte, illam
verbis totidem pronunciaret. Ad-
didit votum de Indiis adeundis. De-
nique voluit Xaverius, ut particu-
lam Ligni S. Crucis capiti quassato
admoveret, eamque his verbis salu-
taret: *Ave Lignum Crucis, ave Crux*
precioffissima: me tibi votum dedico in
per-

perpetuum. Quo facto, plenè sanatus est, ut postridie sacris sit operatus. Nadasi in Indice Memoriali, & 17. Octobris in Marcelli vita.

3. Initio anni 1589. Pontifex Sixtus V. qui Societati in variis turbis magno præsidio fuerat, repente alienatus ab illa apparuit. Vel à quopiam incitatus, vel quod alterius Ordinis, in quo antè meruerat, imbutus esset principiis, institutum Societatis accuratiùs per se expendere voluit. Quod dum oculo minùs benevolo lustrare incipit, statim in ipso liminè in Nomen Societatis JESU impegit; deinde alia & alia, quæ minùs atridebant, appositâ notâ signavit, atque omnia Cardinali Carafæ cognoscenda tradidit, ut corrigerentur. Decumana imminebat tempestas, institutum funditus eversura: nisi ultronea cunctatio Card. Carafæ (cui omnia omnino probabantur, præter appositas à Sixto notas) & opportunè superveniens anno sequente mors Pontificis, propositorum suorum tenacissimi, minacem tur-

turbanem distipasset. *Sacchin. part.*
5. lib. 9. n. 1. &c seq.

Eodem die obierunt.

4. Calari in Sardinia anno 1624. Jacobus de Alagon, Marchionatus, imo mundi contēptu illustris Coadjutor temporalis in Societate. Culizæ, stabuli, & similiū officiorum mediastinum agere, pretiosius illi fuit, quām populis imperare. Sed eum Dominus ad intimam secum familiaritatem evexit, & subinde extaticis contemplationibus inter cœlestes voluptates recreavit, quibus tamen carere malebat ille; quod hoc tempus non gaudendi, sed patiendi esset.

5. Virduni in Lotharingia P. Petrus le Camus, anno 1634. cùm aliquando ardentissimō patiendi desideriō corruptus, Christi amore quām plurimas optaret, & provocaret cruces: mox exauditum se sensit, acerbissimis cruciatibus toto triennio, instar Jobi, dirè exagitatus.

6. Tornaci in Belgio anno 1592. Baldwinus Cuvillonius, in pueritia Eremita, in adolescentia Tyro Societatis perfectus. Novennis adhuc, auditâ veterum

rum anachoretarum vitâ, cum socio co-taneo se recepit in vicinum urbi collem, Patres illos imitaturus. Maturior So-cietati se addixit, relicta nobili & lauta domo; parémque initis illis vitam egit. Identidem ingeminabat Evangelicum il-lud: *Vae vobis divitibus!* Et, *difficile est à deliciis terrestribus transire ad cælestes.* Hic paupertate, jejuniis, alijsque acerbida-tibus juvat aquere appetitum: ibi erit, quo sine fastidio, incredibili cum volu-ptate, satiemar.

IV. JANUARII:

LHABITA est disputatio 36. in cau-sa Molinæ, anno 1605. coram Clemente VIII. in qua ad quæstio-nem à Pontifice propositam: *An Dec-reatum Prædestinationis sit absolutum, vel conditionatum?* respondit P. Joa-nes Bastida S. J. esse *absolutum*, & sed lumen præsupponere. Scientiam me-diam, seu conditionalem futurorum liberorum, non autem decretum ali-quod Divinum conditionale, quo Deus statuat conditionaliter Petrum salvare, si in tali rerum, seu circum stan-

stantiarum ordine constitutus, recte
usus fuerit his auxiliis. Nulla enim
est necessitas talis decreti; cum Deus
per scientiam conditionalem infalli-
bilem certissimus sit: quid in his il-
lisve circumstantiis, & cum his illisve
auxiliis acturum sit liberum arbitri-
um: ideoque statim decernere abso-
lutè potest salutem æternam. Quam-
esse doctrinam S. Augustini & Mol-
næ latè probavit & efficaciter. Eleu-
ter. hist. de Auxiliis lib. 5. cap. 49.

2. Burdegalense Collegium in
Gallia, anno 1574. concussum turbo
triplex, ab Hugonottis hereticis po-
tissimum concitatus. Imprimis post
mortem Fundatoris ejusdem Colle-
gii, hac die sine testamento defun-
cti, impedierunt; nè quidquam sub-
fidii Collegio accederet; imò & Ab-
batiam à Pontifice & Rege illi attri-
butam, avellere nitebantur. Deinde
cum post mortem Caroli Regis, Col-
legium externorum, quod Aquitani-
cum vocant, in laudem defuncti caro-
mina quædam multarum ut lingua-
rum, ita errorum, proposuisset pa-
lam,

lām , quæ acutus & incertus auctor falsis epigrammatibus castigavit : eam censuram Societati impegerunt , et àmique famosis libellis prosciderunt . Denique cùm finito Philosophiæ cursu , Philosophi nostri promovendi essent de more in publica urbis Academia : magna contentione laboratum est , nè honore illo potirentur Candidati . Sed secundum opem diuinam , authoritate Archi - Episcopi , Advocati regii , & aliorum Procerum tota tempestas innoxie detonuit . *Sacchin. P. 4 lib. 2. n. 67. & seq.*

Eodem die obierunt.

3. Valentia in Hispania P. Michaël à Fontibus , anno 1609. Apostolicis laboribus aliquando fesso in India , adfuit spectabilis Dei - para Virgo , quam exquisitis officiis colebat , promisitque absque Purgatorii pœnis vitulum ad Beatos . Quod beneficium feriâ secundâ accep- tum , ut perenni gratitudine recoleret , quot hebdomadis eum diem humilibus obsequiis dicabat , humi cibum sumen- do , & operam suam culinæ pddicendo .

Ani-

Animam ipsius statim à morte vidit non nemo è S. Francisci familia , sanctissime & doctrinæ famâ insignis , cœlum concendere ; obviā autem illi fieri Dei-param Virginem , cum SS. Joanne atque Ignatio , & clientein suum imposita immortalitatis coronâ , honorare .

4. Ebore in Lusitanea , annô 1610. **V**incentius de Rocha , juvenis ad pietatem natus . . . Cubitum iturus , priùs ad singulas per cubiculum imagines adibat , & Sanctos in illis expressos , de genibus , velut vale facturus , venerabatur . Mortem nuncianti amplexum & cilicium , quō uti solebat , dono dedit . Inter morbi incommoda & dolores ingeminabat : *Non sat est Dominus , non sat est.*

5. Gandia in Hispania ; annô 1576. **P.** Didacus Pellas , Angelicâ quadam modestiâ conspicuus , indè natâ : quod semper in cogitatione præsentis Dei versari consuevisset . Insigne obedientiæ specimen dedit : quando per annum integrum , promptus & alacer ad scholam itabat , lectionemque tradebat , unico tantum discipulo . Non tam copia Auditorum , quam insignis eruditio , & ac-

curata diligentia, commendat Professo-
rem. Tantum pro unius, quantum pro
plurium institutione constanti, in interval-
dabit cœlum.

6. Hac die in Neapolitana Probatio-
nis Domo recurrit anniversaria memo-
ria Fratris Josephi Mariæ de Hierony-
mo Coadjutoris temporalis, quem gra-
dum studio humilitatis elegerat, cùm ni-
hil in eo desideraretur, quò minùs pro-
vehi ad sacerdotium posset. In ipso
Tyrocinio veteranam, & emeritam vir-
tutem ostendit; adeò ut vix peracto bi-
ennio propter pietatem, modestiam, &
prudentiam, quas dotes felici nexu junc-
xerat, destinatus fuerit Socius Magistri
Novitiorum: quo in munere per annos
40. Tyrone non modò exemplô, sed
illorum etiam Magistrum consilio juvit.
Orationi cum primis deditus fuit; cha-
ritatem & mortificationem impensè co-
luit; per annos complures somnum in-
lecto non cepit, abstinuit fructibus, cili-
ciūm non exuit: flagellis, vigiliis, cæte-
risque pænitentiaz acerbitatibus prolixè
semper indulxit. In comprimendis ve-
rò & domandis animi perturbationibus
ejus

ejus virtus potissimum enituit ; offensus non indoluit, reprehensus nihil unquam excusavit ; contradicentibus nihil opposuit. Insimulatus aliquando perperam ; & iussus officium deponere, placide acquievit. In magna ministeriorum varietate semper sui compos, & animi serenitatem ore læto præferens, semper idem, nunquam sui dissimilis, nunquam perturbatus, semper actuosus & alacer, nunquam fractus, & abjectus ; omnium semper studens commodis, nunquam suis. In suprema & laboriosa ægritudine nihil gravius tulit, quam aliorum laborem, in se unum transferri, ac duplicari cupiens, quidquid alii tolerabant. Diem & horam prædixerat, qua in Domino quievit, anno 1713. ætatis suæ 58. Societatis initæ 42. Quo ipso tempore mortem ejus longè absens cognovit, Deo monstrante P. Franciscus de Hieronymo, frater ipsius carne, ac multò magis spiritu. *In Menal.*

V. JANUARII.

I. Anno 1586. Sextus V. facultatem erigendi Congregations

nes scholarium externorum in Col-
legiis Societatis, eāsq[ue] Romanæ So-
dalitati, cum participatione Indul-
gentiarum, aggregandi, concessam
à Gregorio XIII. extendit ad non
scholares, etiam in domibus seu Ec-
clesiis, quibusvis Societatis erigen-
das (*Constit. Supernæ Dispositione &c.*
Bullar. Soc.) sive sub titulo B. MA-
RIÆ Annunciatæ, sive quovis alio.
Quam extensionem ampliavit idem
Sixtus anno sequente 1587. ut etiam
in Seminariis, & aliis locis sub gu-
bernio Societatis existentibus Soda-
litates erigi possint, & Romanæ pri-
matiæ aggregari. *Constit. Roma-*
nun docet Pontificem. Clemens VIII.
annô 1602. 30. August. id concessit
expressè pro Residentiis quibusvis
Societatis.

2. Madriti in Hispania, anno
1595. Camillus Cajetanus, Nuncius
Apostolicus, instante Philippo II.
Rege, sententiam tulit contra ini-
quissimum Societatis calumniatorem
(Avendanium O.P.) eumque pri-
vavit facultate concionandi per bi-
en-

eonnum in primariis Hispaniæ Cathedris; vetuitque sub poena Excommunicationis: nè imposterum male de Patribus Societatis JESU, aut Instituto eorum, privatim aut publicè, directè vel indirectè, per se vel per alios, loquereatur aut scriberet. Denique pro poena ulteriore remisit illum ad superiores suos. *Eleuther. lib. 2. hist de Auxil. cap. 27.* In Appendice n. 2. recitat totum Nunciū Decrētūm.

3. Granatæ in Hispania, anno 1548. ortum est illustre fidus Theologæ, nascente Francisco Suarez: qui ut generis sui claritatem, ita Societatem & Ecclesiam universam, ubertate ac soliditate doctrinæ Theologicæ eximiè illustravit. *Maffeius in vita cap. 1.*

Eodem die obierunt.

4. Romæ anno 1583. P. Joannes Maldonatus, Hispanus, editis in sacram Scripturam, præsertim in quatuor Evangelia, doctissimis Commentariis, & methodo zeloque infectandi atque convin-

cen-

ēendi hæreticos, celeberrimus. Theologiani & Sacras Literas explanantem in Gallia, tanto plausu & aviditate audiebant, etiam Concionatores, Parochi, Abbates, & Episcopi ipsi, imò & ministri heterodoxi : ut prælectionum tempus unā alterāve horā prævenirent, nè auditorum multitudine excluderentur ; quæ in tantum excrevit, ut sæpe in aperto, extra scholarum parietes docere cogeretur. A Gregorio XIII. è Gallia in Urbem accersitus, ut operam suam conferret ad editionem Græcam septuaginta Interpretum, quam meditabatur Pontifex ; non diu superstes fuit : oppetiūtque mortem vitæ sanctæ conformem, nec improvisam. *Sotvellus in Biblioth.*

5. Granatæ in Hispania anno 1632. P. Jacobus Granadus, vir prudentiæ, doctrinæ, & sanctitatis merito, inter prima Societatis lumina numerandus. In Philosophica & Theologica Cathedra, 30. annis transactis, Theologiam universam editis Tomis 8. eximiè illustravit. Perfectionis Religiosæ Exemplar abso-lutissimum se exhibuit, extraordinariis etiam gratiis, ante & post mortem, divi-

nitus honoratus. Miram præferebat templorum reverentiam, solitus in eorum conspectu aperto capite semper procedere. Gratiam vocationis Religiosæ tanti faciebat, ut anniversarios dies sui in Societatem ingressus, nuncupationis primorum votoruin, & Professionis religiosæ, toto octiduo celebraret, variis pietatis specialis exercitiis. Mortis nuncium exceptit carmine illo Davidico: *Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.* Soutvell. in Biblioth. Soc.

6. Tacasci in Japonia, anno 1564. Eduardus de Silva Lusitanus, Coadjutor Apostolicus, S. Xaverii Socius fidissimus. Primus Japonicam Grammaticam, lexicaque copiosè edidit, magno sociorum usu. Funati centum & triginta è primoribus baptismō lustravit, impiger in agendo, fortis in patiendo: quæ sunt principes dotes Virorum Apostolicorum.

VI. JANUARII.

I. **S**Ententia Nuncii Apostolici contra Fr. Alphonsum Avendanum, de qua heri, per Notarium publicum

nam prælecta fuit eidem, idoneis
testibus, & P. Provinciali ipsius præ-
sentibus. Die verò sequenti Copia
authentica sententiaz latæ & intima-
tæ, Procuratori Societatis est consig-
nata. Èâ acceptâ, statim Superiores
Societatis supplicârunt Nuncio Apo-
stolico, P. Generali Domin. & ipsi
Regi Philippo: ut reus à pœnis im-
positis immunis esset. Non enim
cordi esse Societati, ut ejus adversarii
pœnis atterantur, sed tantum famæ
ipsius integritati consulatur. Quæ
moderatio non minus ædificationi,
quam admirationi fuit, placuitque
Regi. *Elcuther. lib. 2. Hist. de Auxiliis*
cap. 27.

2. Turnone in Gallia Cardinalis
Turnonius in signe Collegium ædifi-
caverat: quod hac die anno 1561,
Societati consignavit, optimè instru-
ctum. Apertæ sunt eodem anno
scholæ publicæ, non solum huma-
niores, sed etiam Philosophia, Ma-
thematica, & Theologia, numerosa
juventute confluente. Beatas præ-
dicabat idem Cardinalis civitates,
B 2 qui-

quibus datum esset hoc frui bono.
Sacchin. par. 2. bll. Soc. lib. 5. n. 185.
 196.

3. Laureti anno 1570. à Dei-paræ Virgine, jussus est Societatem ingredi, ipso Epiphaniæ Domini sacro die, Joannes Thomas Lauretanus, Mutinensis antea dictus Amurates Robertus. Is relicta patriâ, Laurentum contendit, ibique tuguriolum sibi construxit, ut pauperem vitam duceret in cultu Dei-paræ Virginis, quam effictim amabat & honorabat. Cùmque subinde sentiret stimulum ingredi Societatem, à qua maxime abhorrebat, multum torquebatur animo : donec spectabilis ei facta Dei-paræ, disertè & minis intentatis, nî pareret, imperavit : ut ob maiorem Deigloriam tugurium suum desereret, exemplo trium Regum Orientalium ; qui et si maxime afficcentur Infantis Dei cunis, tamen ab illis avulsi sunt, ut in terris suis Christum prædicarent natum. Proinde & ipse eodem die in Societatem recipieret. Conclusit denique Virgo :

go: *I celer, te totum obedientia subde-*
Paruit denique, petiit, receptusque
est, & insigni exemplo vixit in So-
cietate. *Sacchin. p. 3. Hist. Soc. lib. 6.*
n. 13. &c seq.

Eodem die obierunt.

4. In Molucensibus Orientalis Indiæ
 iasulis anno 1558. P. Alphonsus de Ca-
 stro, Lusitanus. In Maurica Regione,
 quam excolebat, à Mahometanis tentus,
 nudatus, & instar S. Andreæ Apostoli
 crucifixus, solis ardori, & muscarum a-
 culeis expositus est. Deinde ad truncum
 geligatus, verberibus laceratus, inediæ
 petido cruciatus, atque ad sectam Ma-
 hometanam amplectendam grandibus
 etiam promissis solicitatus, infracto ani-
 mō, & misera vultus hilaritate inter tor-
 menta, perstigit Christo & Societati fide-
 lis. Denique securi trucidatus gloriose
 decubuit; corpus in mare projectum,
 per aliquot dies visum est scopulo insi-
 dere, aquis in modum fornicis supra il-
 lud curvatis. Postea in litore repertum
 est; coelesti lumine circumfusum, vulne-
 ratus recenti sanguine manantibus.

Unde apud ipsos Mahometanos singularis ei veneratio accessit.

5. Majoricæ in insula Hispana, anno 1580. Joannes Meseguer Coadjutor, ante noctem bene sanus, intempesta nocte, forti instinctu urgente, adiit Rectorem Collegii, & Sacramentis muniri petit ad supremam luctam. Advocatus Medicus non aliud esse morbum pronunciavit, quam phantasie. At Joannes nihil omisit, quod mortem Religiosam deceret; instructusque ritè Sacramentis, mori prius, quam infirmari, vixit est. Nimirum qui in vita didicit divinis patere instinctibus, in morte illos facile agnovit. Medicorum iudicium non faro deludunt ægros.

VII. JANUARII.

I: **B.** Pius V. anno 1566. creatus est **B.** Pontifex Max. qui Societatem summâ benevolentia, maximisque beneficiis est prosecutus. Non solum enim editis Constitutionibus & Decretis ejus indemnitatibus, commodis & honori consuluit: sed Sociorum operâ plurimum uti voluit, usque

usque ad invidiam quorundam. Pignus illustre pronissimi affectus dedit statim inter solemnem pompam, quâ novi Pontifices ad Lateranensem Basilicam pervehuntur. Cùm enim advertisset Borgiam Præpositum Generalem præ foribus Domûs Professæ, in sui venerationem excubantem: accitum ad lecticam, arcto primùm complexu, tum longo sermone ad dimidiatum horæ quadram tem, tenuit; toto interim consistente, & admirante splendidissimo agmine. Dum vero idem Præpositus Borgia de more Societatem illi tradidit, ad omnem nutum paratam: illæcymatus Beatus Pontifex, professus est: *Plurimum sc̄ & consilio & auxilio Societatis usurum.* Quod & fecit in variis occasionibus. Cùm autem aliquando rumor spargereatur: Pontificem cogitare quædam immutare, seu reformare in Societate; atque rogatu Præpositi Generalis per Cardinalem Paciecum id determinatum eidem esset; fertur exclamâisse: *Abſit à nobis hoc peccatum grande.*

Videmus DEO complacitum in his famulis suis, pérque eos utilitates Ecclesiae suæ preclaras afferre. Dum ità vivent ; non est, quod negotium eis quisquam faciat, sed ut favorem potius atque patrocinium accommodet. Sacchinus P. 3. hist. Soc. l. 2. & 3. qui Creationem Pii V. ponit 8. Jan. sed Spondanus hoc die ad annum 1566.

2. In Congregatione Generali VIII. anno 1646. electus est hodie in Præpositum Generalem P. Vincen-
tius Carafa, natione Italus, patriâ Neapolitanus, ex principe Familia nobilissima Domus Carafarum. In gubernanda Societate amissis ipsi erat Institutum Societatis ; nec ullo metu vel spe ab illo se sinebat dimo-
veri. Severitati in exigenda discipli-
na admiscebatur opportunè suavita-
tem ; sed quæ Patriæ magis erat,
quam matris. *Sotvellus in Biblioth.
Scriptorum Soc.*

3. Decima Congregatio Genera-
lis eodem die inchoata est anno
1652. Patre Goswino Nickel Vice-
ario Generali, post obitum P. Fran-
cisci

cisci Piccolominei. Ex Decratis ejusdem Congreg.

Eodem die obierunt.

4. In Regno Manadæ apud Indos Orientales, annò 1583. P. Petrus Mascazenia Lusitanus, propinato in odium fidei venenô. Salsetanos pagos 66. primus multo labore excoluit; apud Ternatenses, Celebes & plures alias barbaras gentes Evangelium prædicavit; Sionium & Manadium regulos, regem quoque Sangium cum Regina & multis proceribus Christo subjecit. Cùm aliquando è monte subjectum pagum idololatriarum, non sine intima commiseratione aspiceret: repente vocem pueri è subjecta valle ascendentem, audivit, clarè enunciantem: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Qua voce, & SS. Trinitatis velut auspicio, mirifice recreatus & accensus est ad quidvis agendum & patiendum pro DEO, & animarum salute.

5. Omuræ apud Japones, in carcere teterrimo, per annum & amplius fidei causa tolerato per gloriosam mortem in-

libertatem & lucem æternam evolavit
annô 1620. Ambrosius Fernandez Co-
adjuтор. Sanctam ejus mortem reliqui
Confessores Christi, in eodem carcere
detenti, honorarunt decantatō Psalmō,
Laudate Dominum omnes gentes.

6. Cortraci in Belgio annô 1579.
piissimè decessit P. Joannes Francisci, de-
perseverantia in Societate semper mirò
solicitus. Identidem rogabat Socios :
Orate pro me, nè excidam vocationē.
Quam petitionem in ipso agone ferven-
tiùs iteravit. Dicebat enim auditam
sibi adhuc tyroni vocem : *Joannes, si*
in Societate perseveraveris, salvabere :
si tuā culpā ex ea dimissur fueris, damna-
bere. Peccata quotidiana confessione
eluebat; post Sacrificium divinum cele-
bratum, tribus aliis eximia devotione
intererat; cubiculum in 7. stationes pa-
tientis Christi diviserat, quas quotidie
constantī pietate obibat. Et tamen vir
religiosissimus tam solicitus fuit, nè vo-
catione excideret !

7. Burgis in Hispania memoria Fra-
tris Joannis Carera, Custodis sui Angeli
cultu & familiaritate eximii. Confere-
bat

bat cum illo omnia confilia sua, & agenda: habebatque in promptu respondentem. Quotidie ab eo excitabatur de nocte ad orandum: cum autem aliquando gravatus somno tergiversaretur; Angeli consuetudine per aliquot dies cœravit, donec multis precibus & jejuniis eum sibi reconciliaret. Cum enim Angeli omnes sint administratorii Spiritus, amant alacres in obsequio DEI; averseantur desidiosos.

VIII. JANUARII.

I. **S** Ignatius Venetiis anno 1537.

S mira charitate & humanitate exceptit 9. Socios suos primos, ex Gallia appulso, itinere dierum 50. inter varia discrimina, & adversitates. Noluit sine mora eos Romanum ducere, sed aliquantis per quiescere Venetiis. Quies autem erat, servire agrotis in variis nosodochiis, quæ inter illos distribuit. Xaverio obtigit cura insanabilium: quibus an charitate, an sui victoria majore inservierit, dubites. Ibi enim ad edemandam naturam, ab ulcerorum

conspicu tactuque abhorrentem;
è foedissimo ulcere saniem purulen-
tam exsuxit. Alius Sociorum in
Nosodochio SS. Joannis & Pauli, vi-
dens leprosum hominem lectulo de-
stitutum, in partem sui lecti eum ad-
misit, insigni operæ pretio. Nam
sequenti die totum se lepræ squalere
vidit; leprosus autem ille nusquam
comparuit, & lepra omnis die se-
quenti evanuit, Deo charitatem ca-
mulate remunerante. *Bartoli in vit.*
S. Ignatii, l. 2. n. 31.

2. Gregorius XIII. anno 1575.
amplam concessit Societati faculta-
tem circa librorum prohibitorum
tusum, communicandam cum dele-
ctu inferioribus à Præposito Genera-
li; non obstante Bullâ Cæna, ceter-
isque contrariis quibusvis. Breve
incipit: *Exponi nobis nuper fecerunt;*
&c. Videndum Bullar. Soc. & Com-
pendium Privileg. tit. *Libri prohibiti;*
ubi post §. 6. additur in Advertendo
2. Facultatis legendi & habendi li-
bros prohibitos universalem revo-
cationem editam esse à Gregorio
XV.

XV. 30. Decemb. anno 1622. ut in Bullar. Comm. Constit. 40. atque ab Urbano VIII. 2. Apr. 1631. ibid. Constit. I45.

3. Hac die anno 1595. nostri Lutetiâ demigrârunt. Incedebat Reliosum & miserabile agmen, sebus omnibus ad longinquum. & ignotum iter necessariis destitutum, vix uno stipatore, qui tot homines ab hereticis, & grassatoribus tutaretur concesso. Prosequebatur populus, ab ira & furore, ad commiserationem, contra quam sperabatur, inflexus. Aliis canitiem senum, aliis juviorum aliquot ætatem; discipulis charissimorum præceptorum calamitatem lamentantibus, & in complexa longo herentibus; adeò, ut avelli vix possent, & secuti ad vesperam plurimi, multa jam nocte in urbem se receperint. Oculos omnium advertebat præ cæteris P. Clemens Puteanus Provincialis, senatoria & clara in primis domo Lutetiæ ortus, doctrinâ ipse, eloquentiâ & prudentiâ insignis; qui amicis flentibus & pro-

pinquis comitatus , exultem suorum
turbam abducebat in Lotharingiam.
Ed post diem quintum decimum ,
quam erant Lutetiā digressi , perve-
nerunt incolumes , beneficio praefer-
tim Ludovici Gonzagæ , Nivernen-
sium Ducis , qui nonnullos è cohorte
sua equis illis ad praesidium opportu-
nè submiserat . Pars sociorum Viro-
dunum consedit , pars Massipontum
cum Puteano concessit : invitante
ultrò , pro sua erga Societatem con-
stanti benevolentia Carolo II. Lotha-
ringiæ Duce , ac sua oppida , fortu-
nas & sinum offerente . Juvencius
fol. 53. Aliis diebus hujus mensis
nostrí excesserunt Lugdono , Bituri-
gibus , Niverno , Bullonio quinto
post mense , causam hujus exilii vide
27. Dec.

Eodem die obierunt.

4. Mexici in America , anno 1599.
Franciscus à Villa Regali , Coadjutor ,
insigni orationis & lacrymarum dono
præditus . Perpetuum illi acroama erat:
Laudatur Dominus noster Iesus Christus.
Iesa

JEsu nascentia canas in stabulo, inter miras cœli delicias, celebrabat. Szpc fixis in cœlum oculis repertus est à sensibus abstractus. Indi miserabilis vulnus tabæ ac fœtore horridum purgabat ampler; subinde etiam lingua fortes putulentias abstergebat.

5. Panormi in Sicilia anno 1627. P. Josephus Scammarœta, innocentia virtutæ, nulla unquam lethali labe temerata, & gratiis etiam gratis datis à Deo honoratus. Concionator erat magni nominis, magnique fructus: malebat enim solidus esse, quam comptus. Inter dicendum visus est aliquando gestare columbam capiti insidentem; alias cœlestis lucis radio illustrari.

6. Horafdowicii in Bohemia, anno 1610. P. Wenceslaus Swihowsky, Bohemus, sanguine à veteribus Bohemis Regibus ducto, clarus: sed illustrior modestissima virtute, arte pacificandi dissidentes, & zelo felici convertendi hæreticos. Præter magnam enim civium & virorum insignium copiam; plurimas illustres feminas Ecclesiaz reddidit; ab omnibus Viti Apostolici eloquio merito hono-

honoratus: ut qui non solum mirè in-
dustrius, sed etiam mirificè cautus fuit im-
agendo cum blandiore sexu. *Tanner.*

IX. JANUARII.

LCelebratus est anno 1598. Ro-
mæ à Consultoribus, seu Exa-
minatoribus, Libri P. Molinæ, Con-
ventus II. Primus habitus fuit 2. Ja-
nuarii ejusdem anni, in quo statu-
tum, ut inquireretur: *Quis fuerit*
scopus Molinæ in scribendo & eden-
do libro suo de Concordia? In se-
cundo igitur Conventu scopum il-
lum assignarunt: quod scilicet appe-
tierit gloriam inventi novi modi,
concordandi liberum arbitrium cum
Gratia Divina. Sed hunc scopum
imposuerunt Molinæ: qui nihil ma-
gis passim profitetur, quam doctri-
nam suam non esse novam, verum
ex conciliis, veterumque Patrum &
Doctorum scriptis haustum. Unde
pag. 489. Editionis Ulyssiponensis
concludit: *Quod si à fideli dogmatibus,*
& Sanctorum Patrum, Doctorumque Ca-
tholicorum insento, aut ab eorum domini-

dubitatis sententiis, vel tantillum in nostra hac via ea omnia conciliandi, discreparemus : jure sanè suspectam baberi posse. Eleuther. hist. de Auxiliis lib, 3. cap. 3.

2. In Peruviam anno 1567. expeditio prima suscepta est à Societate, petente Philippo II. Rege Hispan, mandante Francisco Borgia, Præposito Generali. Socii 8. expediti, qui anno sequente terram illam Americanam feliciter sunt ingressi, miro populi & Procerum plausu. Hieronymus Portillus, cæteris cum potestate Provincialis præpositus, cum è navi ab universa multitudine deducerentur in templum, princeps in suggestum progressus, duo præcipue commendavit. Primum: ut, quoniam multi advenarum ex navigationis incommodis ægrotarent, nec valetudinarium esset commodum, novum adornaretur nosocomium. Alterum: ut conflaretur Sodalitium Nominis DEI: quandoquidem Cjvitatis, quam ingressi essent, appellaretur *Portus Nominis DEI.* Impetratum

tum utrumque sibi mora : tantusque
 fuit fervor pii populi ; ut, antequam
 Sacrificium divinum finiretur, mille
 ducenti aurei fuerint oblati in noso-
 comium construendum : quibus
 mercatorum quidam alios mille ad-
 jecit, Inde Panamam, quae urbs est
 primaria & opulenta, progressus Por-
 tillus, non minus obsequentes repe-
 tit cives. Prima concione cum inve-
 stitus esset in modos lucrandi injustos,
 tantum valuit apud mercatores præ-
 sentes : ut plerique conclamarent; se-
 omnium opum collectarum, quam
 animæ suæ jaeturam malle ; multi
 non ante sumpserunt cibum, quam
 negotiationis suæ tabulis inspectis,
 rationes cum DEO composuerint.
 Commissum deinde communi consi-
 lio P. Portillo : ut secundum Deum
 & justitiam ordinaret, præscriberet
 que negotiandi formam. Tantum
 authoritatis novis his operariis tri-
 buit Deus. *Sacchin. hist. Soc. p. 3. lib.*
4. n. 307. & seqq.

Eodem die obierunt.

3. Madriti in Hispania anno 1556.

P. Joannis Ruiz, vir miræ innocentiae. Castitatis tuendæ præsidia duo potissimum adhibebat; singularem Dei-pare Virginis cultum, & implacabile corporis sui odium; quod cilicis, flagris, inediâ, lapidibus in lectorium conjectis, somnô brevi, oratione autem prolixa, perpetuò atterebat. Oblatum sibi itineranti esculentí quidpiam, intactum attulit ad Rectorem Collegii, dicens: se illud recusare non posuisse, posuisse autem non dubitare.

4. Neapoli in Italia, anno 1598. exul

decessit P. Gaspar Haywodus, Anglus, post glorioſos labores exantlatos, & arumnosos carceres toleratos, proscriptus è patria. Mira dexteritate, & valida vi argumentorum, magnam hæreticorum, etiam comitum & principum, copiam reduxit ad Ecclesiam. Post acrem in agone ultimo conflictum, exclamavit: Gratias ago tibi, dilectissima Domina, Mater DEI mei; quod in subsidium nihil venire, & imminentem hostem dignata

tū es propulsare. *Tanner. in Histor.*
Apost. imit.

5. Alnionacidi in Hispania, anno 1623. P. Franciscus de Ubierna. Theologiae studio incumbens, gravi & gritudine correptus; cùmque se morti proximum cerneret, vehementer indoluit: rapi se ante labores. Conversus itaque ad imaginem Matris DEI, ardenter petiit prorogationem vitae, plurium saluti strenue impendendae. Responsum accepisse fertur, de precibus exauditis; & adventus probavit. Liber enim à fatali morbo, totos 15. annos, quibus deinceps vixit, animarum saluti indefessus impendit.

6. Monachii in Bavaria, anno 1611. P. Hieronymus Torrensis. Inter cetera hoc raro elogio honoratus est: quod nunquam visus sit quidpiam aut facere, quod Societas prohiberet; aut omittere, quod juberet: brevi elogio consecutus omnia; cùm in his duobus pendeat universa perfectio, & sanctitas nostra Religiosa.

X. JANUARII.

I. IN Hispania Maria Anna Austria-
ca, Hispaniarum Regina, &
post obitum Philippi IV. Guberna-
trix, decreto expedito anno 1668.
ad Rectorem Universitatis Salmant-
icensis, erexit in eadem Universitate
Societati duas Cathedras Theologi-
cas: *ob majus* (ut in diplomate dici-
tur) *incrementum, auctoritatem, ac fa-*
mam ipsius Universitatis; & *ob majorem*
estimationem & ornatum Religionis So-
cietatis. Gomez. in Elog. Soc. p. 2.
Class. 2. Sic tandem benignitas Divi-
na compensasse videtur acerbas ve-
xationes, quibus vehementer ibidem
exagitati sunt, tum Sanctus Societa-
tis Parens Ignatius, anno 1526. tum
tenera adhuc Societas anno 1548.
quando Melchior Canus, primarius
illius Academæ Doctor, eam tradu-
xit longè latèque, ut hypocritarum
familiam, & præcursorum Antichri-
sti colluviem, &c. Persuaserat enim
sibi, ejus adventum non longè abes-
se; putabatque jam operari myste-
rium

riū iniquitatis , cuius cooperatrix es-
set recenter conflata Societas. Sed
deterserunt has labes , æstu æmula-
tionis Societati asperas , tum saniora
& honorificentissima aliorum , è sacro
Prædicatorum Ordine , maximorum
virorum judicia ; tum Sociorum con-
stans vitæ , doctrinæque integritas ;
tum serenissimarum duarum Regi-
narum , Margarethæ , & Mariæ Annæ
beneficentissima in Societatem animi
propensio : quarum illa egenum &
humile Collegii domicilium , regio
sumptu eò provexit ; ut nullum
splendidius tota Societate censeatur :
ista erectas Societati in ipsa Salman-
ticensi Academia Cathedras gemi-
nas Theologicas , iisdemque omnino
juribus ac privilegiis firmavit , qui-
bus gaudent aliæ aliorum .

2. In India S. Franciscus Xave-
rius , anno 1546. Malacâ in Molucas
insulas solvit : ubi primùm in Am-
boino tam Lusitanis , quam ethnicis
& Saracenis plurimam ac admodùm
necessariam tulit opem. Deinde
Ternatenses Christianos excoluit ,
ethni-

ethnicoſ fidei luce illuſtravit tanto ſuccesſu : ut videretur in Molucis fructuſ major Apoſtolicis ejus labo-ribus reſpondere , quam in reliqua India. Ad Mauricas iſſulas quin tenderet , p̄z cæteris barbaras & fe-ras , multis & rationibus , & lacrymis inhibebant amici : at ipſe illud Chri-ſti reponebat : *Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere , perdet eam.* Si na-ves non aderent , ſe natatu ad illas perreeturum , dicitabat. Ivit ergo , & innumeram immanium hominum multitudinem Christo ſubegit. *Or-land. bift. Soc. p. 1. lib. 6. n. 102. 85 ſep.*

Eodem die obierunt.

3. Madriti in Hispania , anno 1603 . P Ludovicus Guſuanus , ſemel Boëticæ , bis Toletanæ Provinciæ Præpoſitus . Quamvis vitam ageret ad amuſim religioſam accuratiſſimè compositam : non tamen eum vel tanta religio , vel officia præclarè gera , vel oratio ad horas 12 . paſſim producta , tueri potuerunt , quin gravifimâ calumniâ appeteretur , & co-ram Ecclesiastico tribunali reus agere- tur.

tur. · Sed hoc aurum in tali camino
clarescere debuit. Re severè examinata,
pronunciavit Nuncius Apostolicus: non
solum de innocentia P. Ludovici con-
stare; sed ea de illo comperta esse, ut
posset in Sanctorum numerum referri.
Calumniatoribus suis impunitatem im-
petravit bonus Pater in tribunali huma-
no: sed divinam pœnam non distulit.

- 4. Græcii in Stiria, anno 1619. P.
Joannes Deckerius, Belga. Cùm in
extremo agone suspiraret: *Veni, Domi-
ne JESU! veni*, adderétque; *Ego venio:*
abiit; vir non minus religiosa perfectio-
ne, quām eminente doctrinā clarus. A
vespera feriæ s. Cænz Domini, usque
ad prandium Paschatis jejunus perdura-
bat. Opus insigne chronologicum, per
tres Tomos fusum, annorum 40. studio
elaboratum, cùm alii expeterent, alii
supprimendum putarent, dixit: se sinē
ulla animi perturbatione in ignem con-
jecturum, si ita videretur Superioribus.
Primus P. Joannes usus ea methodo Phi-
losophiam, Theologiamque tradendi,
qua, tanquam commodiore, nunc passim
tituntur scholæ.

J. Brus.

5. Bruxellis in Belgio , anno 1663.
 P. Guilielmus Stanihurstius, Belga. Vir
 fuit morum innocentia, mentisque can-
 dore planè virgineus : qui in adolescen-
 tia, persimili cum S. Thoma procacitate
 impudentis fœminæ frustrâ tentatus ; si-
 mile dicitur victoriæ præmium retulisse :
 ut nullum exinde carnis stimulum sense-
 rit. Purissimi animi nitorem ita spirabat
 vultus : ut ipsis hæreticis venerabilem
 fecerit. Ex eorum numero comitissa
 quædam , in secta sua pertinacissima ,
 primo P. Guilielmi conspectu ita est
 mutata , ut exclamârit : Si ullus est in
 mundo sanctus , hic certè est. Infor-
 mationem ergo ipsius in Fide & libens
 admisit , & facilis veritati manus dedit :
 quam nihil tam splendide fortiterque ac
 vitae sanctitas commendat. *Soutvell. in
 Bibl. Soc.*

XI. JANUARII.

I. **F**erdinandus I. Caroli V. Im-
 peratoris Frater, ipsomet pro-
 curante, inauguratus est Aquisgrani
 Rex Romanorum , anno 1531. cùm
 jam esset Rex Hungariæ, & Bohemiæ.

C

Qno

Quo affectu fuerit erga Societatem, testantur, erectum Collegium Vien-nense, munificentia pensionibus annuis extensa ad Romanam Socie-tatem juvandam, Consilium datum Philippo II. Hispaniae Regi ad eam in Belgium recipiendam, institutum Pragæ Collegium, & assidua labo-rum Societatis commendatio. *Or-land. hist. Soc. lib. 11. 15. § 16.*

2. In Gallia quoque inclytum naæta est Societas Patronum, imò Patrem, Henricum IV. Regem: quem alii rebus bello præclarè gestis dixerunt Magnum, nos forti & con-stanti in Societatem amore fateri de-bemus Maximum. Postquam pro illa in Galliam restituenda, non mi-nore eloquentia, quæ zelo disse-ruisset in Senatu, atque Harlæi Præsi-dis objecta 19. graviter confutâsse; ac nihilominus quidam assensum præbere tergiversarentur: hoc de-mum die, anno 1604. decretorium mandatum in scripto misit ad Sena-tum: *Ut finè mora, & finè ulla apposita conditione, Decretisui promulgatio, quæ pri-*

primùm fieret : expensa esse , examinatā-
que à se omnia ; mandare , jubere , ut So-
cietas suis in Gallia sedibus restituatur ,
Et sic denique perfractæ sunt Alpes ,
multis annis maceratæ . Imag. I. Sac.
S. J. lib. 4. c. 7.

3. Annō 1573. aperta est Medio-
lani à S. Fundatore Carolo Borro-
mæo, Academia, & Societati consig-
nata. Romæ autem anno 1582.
nomine Gregorii XIII. Pontif. Max.
positus est lapis primus novi Colle-
gii à Cardinali S. Sixti , Boncom-
pagno ; promotaque strenuè fabri-
ca. Sed cùm jam in notabilem alti-
tudinem proiectam , invisiſſet Gre-
gorius , iudicavit nimis rudem , &
dignitati Romani Pontificis non re-
spondentem. Jussit ergo totam
dirui , & eâ , quâ nunc conspicitur ,
magnificentiam construi. Ut autem
fortiretur debitam amplitudinem ,
ad coēmendas duas vicinas domo-
rum insulas , impendit 47. aureorum
millia. Sacch. Hist. Soc. p. 5. lib. 2. n.
19. Et lib. 1. n. 52. Voluit enim , ut
Collegium illud non solūm esset Ur-
bis ,

bis, sed orbis: in quo nimirum ale-
rentur Viri Apostolici, in totum or-
bem dispergendi, & ex omni natione
collecti. *Sacchin. p. 5. lib. 2. num. 19.*
& lib. 1. num. 51.

Eodem die obierunt.

4. In Brasilia, anno 1608. P. Franci-
scus Pintus, à barbaris Ibiapanis odiò Fi-
dei trucidatus; sed postea in veneratio-
ne habitus, quod dicerent: se ipsius be-
neficio cœlitus pluviam accepisse sitien-
tibus agris. Hujus mortis gloria in præ-
dixerat illi P. Josephus Anchietæ, Bra-
silæ Thaumaturgus: quando ægrotantem
invisit, sanavit, jussitque ad magnos la-
bores pro Deo se parare. Addidit: *non*
levem manuum lotionem præcessuram,
priusquam cœlesti mensæ accumberet.
Nimirum non aquâ, sed sanguine lava-
dum, indicavit. Confestim ergo vestes
illi porrigi præcepit, ac dixit: *Surge, age,*
atque ad SS. Sacramentum te confer, gra-
tias DEO pro fospitate hac redditurus.
Surrexit obedienter Franciscus, repenti-
nò sanus, ac templum adiit, ut jussus erat.
Postmodum ad barbaros Tapoias missus,
indè

int̄ē per famem , s̄it̄ūn , frigora , impedi-
tissimis itineribus ad Ibiapanos penetra-
vit . Quos dum omni industria & la-
bore Christo subjugare contendit , inten-
tum recitandis horis Canonicas globus
arruentium barbarorum trucidavit , ma-
xillis contractis , oculis , cranio commi-
nuto , atque sacra supellec̄tile direpta .

5. Sept̄ in Mauritania , anno 1580 .
P. Alexander Vallaregius , Italus , multis
magnisque in Europa , Asia & Africa pro-
Dei gloria , & animalium salute gestis ,
memorabilis . Aliquando morti jam
proximo , cùm Sacre unctionis Sacra-
mentum applicatum esset , momento
convaluit . In Indiam deinde & Japoni-
am profectus , maximo fructu ibi labo-
ravit : sed cùm animo se tantum susten-
taret , fractis penitus corporis viribus ; à
S. Borgia Praeposito Generali in Euro-
pam revocatus est . Nihil acerbius ea
revocatione totâ vitâ suâ sensit Vir Apo-
stolicus : paruit tamen prorsus heroicā
obedientiā , feliciterque in Europam re-
diit . Româ in Lusitaniam missus , cum
Sebastiano Rege in Africam trajecit , &
in conflictu vexillum Crucifixi effige-

in signitum militi Christiano in primâ acie prætulit. Post infelix prælium captus à Mauris, duram servitutem per annum passus, tandem lytro persoluto, rediit in Lusitaniam: sed mox ab Henrico Rege in Africam remissus, ad alios redimendos captivos, cùm peste afflatis indefessus ibi serviret; contracta lue ad præmia evocatus est. *Alegambe in Vict. Char.*

XII. JANUARII.

I. Ndiarum Apostolus S. Xaverius, miraculo sedatâ horribili tempestate, Cocinum appulit annâ 1548. Tanto ventorum furore, triduo toto jactatus est: ut similem expertus fuerit nunquam. Metu mortis imminentis ferè exanimati tam nautæ, quâm cætera turba, cùm in lamenta perpetua soluti essent: ipse animo serenus, divinis consolationibus affluebat tam largis, liquidisque: ut vix crederet, se majorum capacem; quemadmodum Romanam scribens testatus est. Tandem post ardentes ad Deum fusas preces pro

pro salute hominum & navis, prodiit
in apertum, jussitque sibi dari boli-
dis funiculum : cui decerptum ex
ora infima vestis suæ fragmentum
alligavit, demisitque in mare dicens;
Deus Pater, Fili, & Spiritus Sancte,
misericordia huic populi & mei. Qui-
bus dictis, subito posuerunt venti,
rediitque mari optata tranquillitas,
navi cursus expeditus. *Bartoli in vit.*
lib. 2. n. 39.

2. Idem S. Apostolus anno 1544.
prolixam dedit Epistolam ad Socie-
tatem Europæam Cocino : qua do-
cet 1. Quam methodum teneat ipse
in instituendis Comorinensibus, qui
præter nomen nihil habebant Chri-
stiani. 2. Quomodo pueros bene
informatos adhibeat in Ministros
Evangelii, & Deus per ipsos multa
bona operetur. 3. Quomodo per-
lustratis & informatis pagis 30. ejus
regionis, iterum redeat ad primum,
& consequenter ad alios, confirman-
dos, & solidandos in doctrina accep-
ta. 4. Quod ardeat circumcursare
omnes Europæ Academias, præser-
tim

tim Parisiensem, & inclamare: *Heu, quām ingens animarum numerus vestro vitio exclusus cælō, deturbatur ad inferos!* 5. *Quod summam ceperit voluptatē ex nuncio de confirmata Societate à Christi Vicario.* *Epistolar. Veterum lib. 1. Epist. 5.*

3. Annō 1585. Rigæ in Livonia, ab hæreticis civibus ingens concitatus est tumultus, effractæ custodiæ publicæ, grassatum incendiis, jámque vis ingens armatorum irruperat in cæmeterium, ut trucidatis nostris everterent Collegium: Sed DEI benignitate, & accusu quatuor honestiorum civium mitigatus est furor, datumque Sociis spatiū ad securiora se recipiendi. *Sacch. Hist. Societ. lib. 5. n. 39.*

Eodem die obierunt.

4. Coniuncti in Hispan. annō 1563. P. Antonius Madridius, Apostolicus Ecclesiastes. A pastoritia vita ad scholas transgressus, partâ Theologiæ laureâ, in Societatem se recepit, egitque Concionatorem tanto spiritu & ardore: ut Gar-

be ignitus diceretur; tanto fructu, ut una concione omnes prostituti pudoris fæminas (aderant autem non paucæ) ad solidam constantemque pœnitentiam perinoverit. Ante concionem dirè flagris in se fæviebat, quasi ex silice ignes concionatorios excussurus: donec S. Franciscus Borgia solùm i. ictus ipsi permitteret, valetudinis causâ moneretque reliquum obedientiæ daret. Crebrò se ipsum alloquebatur: *Morere tibi, perpetua DEI laus vita tua sit.*

5. Ibidem anno 1577. P. Petrus Manrique, qui spes & res ingentes mundo reliquerat. Libellum sibi concinnaverat è selectis Psalmorum & SS. Patrum sententiis, quem vicinus morti, eius tempus prædixerat, prælegi sibi euravit. Moribundum contemplatus Dominicus Fernandez Coadjutor petiit: ut cœlo potitus, impetraret sibi veniam brevi sequendi. Proinisis Petrus, & intrâ menses 4. secutus est Dominicus.

6. In Mexicana Missione, anno 1621 P. Hieronymus Ramirez, strenuissimus in vinea Christi operarius. Tepegnanos & Parras primus Evangelii luce aspersit.

Convictorum Collegio cùm præsetset,
adolescentium corda præ oculis habere
credebatur: ità non paucis secretissimas
e cogitationes detexit, atque ad confessio-
nem mittebat. Unde qui parvum ali-
quid moliebantur, cavebant in conspe-
ctum ejus venire. Hæsitanti circa statum
vitæ amplectendum, adfuit vir veneran-
da specie, monuitque DEI voluntatem
esse, ut Societati JESU accederet.

XIII. JANUARII.

I. **S**• Ignatius anno 1613. è diaboli
faucibus cœlitus eripuit juve-
nem, Michaëlem Schrammeum.
Missus hic fuit Heripolim ad exco-
lendum literis sublimioribus ani-
mum: sed paulò pòst infelix in ma-
gum incidit magistrum; à quo, ut
quandam acciperet radicem, cuius
virtute & seras quasvis aperiret, &
catenas solveret, & latentes in terra
pecunias extraheret, &c. diabolo se
consignavit dato chirographo. Com-
pos factus thaumaturgæ radicis, cùm
mirabilia operaretur, in suspicionem
pessimæ artis se conjecit, & semel
iterum-

iterumque vix furcam & gladios evitavit. Reversus ergo in se, cum modum quereret extricandi se e laqueis Satanae, ductus est Molshemium ad Patres Societatis: ut ope S. Ignatii, in similibus casibus jam explorata, recuperaret chirographum dæmoni traditum. Domi nostræ detentus, per dies 12. jejuniô, ciliaciô, aliisque corporis afflictionibus strenuè incubuit, ductusque ad Sacellum S. Ignatii, jussus est in præfentia Suffraganei Argentoratensis dæmonem ejurare, & fidei facere professionem. Quod dum conatur, à dæmone ferè suffocatus est, voce interclusa. Reditum ergo ad jejunia aliisque corporis macerationes & orationes: donec hac die, ardentiùs implorata ope S. Patris, tempore Sacrificii dæmoni extorta est syngrapha, quam altaris mappæ subjicit. *Bartoli in vita S. Ignatii lib. 5. num. 95.*

2. In Synodo Tridentina cum anno 1547. ageretur de Sacramentis Ecclesiæ, jussi sunt hac die sententiam

C 6 dice-

dicere Theologi Pontificii è Societate JESU, Lainius, & Salmieron, recensendo & confutando sectariorum errores in ea materia. Praestitit hoc tam copiosè, compè ac eruditè Lainius: ut cum aliis Theologis vix hora concederetur ad dicendum; ipsi Praeses Concilii ternas tribuerit horas. *Orlandin. part. i. Hist. Soc. lib. 7. num. 23.*

Eodem die obierunt.

3. Genuæ in Italia, anno 1605. P. Franciscus Adornus, qui S. Carolo Borromeo à sacris Confessionibus fuerat, in speciali amore & honore semper ab ipso habitus. Post mortem suam spectabilis ei factus S. Cardinalis, dixit: Bene secum agi; adjecitque: Tu quoque brevi accerseris. Procacem fæminam ad fœlusc folicitantem, castissimo ingenio elusit: quando, arte in Societate satius usitata, latrinæ sordibus fœdata facie, fœdiores illius amores in horrorem vertit. Cujus victoriæ temporale præmium videtur fuisse in ira quedam pulchritudo, quam DEUS demortui faciei afflavit.

4. Potosini in India Occidentali, anno 1589. P. Bartholomaeus Jacobi, magna magnæ charitatis victimæ cecidit, inter strenuam operari pestifera lue infectis præditam. Nestor quidam Indianus, ob eloquentiæ dotem, videbatur. Ab Indis *Mizqui Simi*; id est, *lingua mellea* dicebatur.

5. Romæ anno 1685. P. Daniel Bartolus, Italus. Postquam in præcipuis Italiæ urbis non minus zelosum, quam disertum egit Ecclesiasten: ad conscribendas res gestas à Societate, applicatus, e compluribus eam Spartam voluminibus exornavit, & Romanum Collegium Rektor gubernavit. Libros ab illo in diversa materia editos, viginti recenset Soutvellus in Bibl. Soc. quos omnes insignis eruditio, elegantia & gravitas stylè commendat: ut non minus delectare, quam docere videatur.

XIV. JANUARII.

I. **C**Oncessum est anno 1701. à sacra Rituui Congregatione, authoritate Clementis XI. Provincia Lituanæ Soc. J. Officium, hac die sub

sub ritu Duplicis majoris, jam nunc secundæ classis, unâ cum Missa, de SS. Nōmine Jesu: quod speramus in universam Societatem propagandum, propter communem Titulum ejusdem Sacro-sancti & salutiferi Nōminis, & innumera maximâque beneficia à bono JEsu percepta: de quibus videri potest Gomez part. 3.
 ¶ 2. S. Xaverius anno 1549. Coci-
 ñô dedit Epistolam ad S. Ignatium: quâ informat 1. de pravitate & in-
 docilitate Indorum. 2. Eos, qui ad
 propagandum Evangelium mitten-
 di sunt in Indiam, non tam literis
 multis, quam virtutibus instructos
 esse debere, maximè verò castimoniâ
 & humilitate 3. Petit: ut, qui mit-
 tendus est Collegio Goano Rector,
 sit imprimis singulari obedientiâ insignis:
 ut obsequio atque humilitate benevolen-
 tiam sibi conciliet Magistratum, Præpo-
 sitorumque Ecclesiasticorum. Deinde facili-
 tate excellat, affabilisque in congressu &
 sermone sit potius, quam severus & gra-
 vis- omninoque is non sit, qui timeri se;
 quam amari malit. Subjungit paulò
 pòst:

pōst : Et sane, ut mihi videtur , Societas
JEsu nihil aliud est , nisi Societas amoris,
atque concordiae ; à qua profectò acerbi-
tas ac timor servitiae longissimè abhorret.

4. Significat, se in Japoniam profe-
eturum , ob spem maximam magni
animatorum lucri sibi injectam. De-
nique concludit : Te ergo , Pater ani-
mæ meæ , summeque mihi venerande , po-
potis humi genibus (sic enim Tibi hanc e-
pistolam scribo) tanquam si præsentem
intuerer , suppliciter oro : nè DEum pro
me in sanctis Sacrificiis tuis ac precibus
obsecrare desistas , &c. Epistolarum
veterum lib. 2. Epist. 9.

Eodem die obierunt.

3. Duaci in Belgio , anno 1614. P.
Joannes de la Haye Servius ; vir exper-
rectæ semper & quæstuosæ in DEUM
fiduciæ ; paupertatis verò tam rigidus
amator , ut nè repertæ quidem unius a-
ciculæ usum admitteret , nisi magna re-
verentia significatione petita facultate.
Per cubiculum suum imagines distribue-
rat pro stationibus frequentiùs obeundis,
quas singulari pietate obibat.

4. Ebork

4. Eboræ in Lusitania, anno 1617. P. Martinus de Mello. Cùm Collegiis vel Provinciæ præcesset, pollebat suavitatem nulli suspecta, & arte oblivionis, qua delebat, quidquid ullus deliquisset, si tamen emendasset. Oinnium omnino votorum & regularium, sed paupertatis potissimum observantissimus, per totos triginta annos eadem ueste usus est, si vestis dici meruit, & non potius cento ex innumeris segmentis consarcinatus.

5. Varsaviæ in Polonia, anno 1695. P. Albertus Tylkowski, Polonus. Ad omnem literaturam capax & promptum attulit ingenium: quod assiduo studio, & Bibliothecarum diligentie excusione ita perfecit: ut in promptu haberet omnem ad quodvis edendum opus eruditionem. Etiam in Prælatorum Ecclesiasticorum aulis, quibus adhaerere jussus erat, tempus lucubrandi invenit; & si mensa, ut solet, esset prolixior, cum bona Prælati venia se recipiebat ad musæum suum. Edidit in varia materia opera & opuscula complura, quorum novemdecim recenset Soutvellus in *Bibl. Soc.* sed multò plura postea prodierunt.

XV. JA:

XV. JANUARII.

I. Hispalensis in Hispania Academia, anno 1602. egregiam dedit epistolam ad Clementem VIII. Pontificem Maximum, pro libro P. Molinæ de Concordia Gratiaz & liberi arbitrii : de quo libro testatur ; quod eum Doctores Hispalenses frequenter lectitaverint, evolverint, excusserint, dignum censuerint, cuius doctrinam ipsi haurirent, & suis auditoribus propinarent ; in publicis disputationibus defendendam proposuerint, magno omnium sapientum consensu, magna docentium laude, & doctrinæ estimatione : ut quæ illis hactenus procul dubio visa est cum sacri Concilii Tridentini Decretis mitificè consonans, atque Sanctorum Patrum, Augustini præfertim, sententiis bene munita ; tunc etiam cum hominis libertate, cùmque DEI gratia egregiè consonans. Ita illi. Orant denique : ut antea quam sua Sanctitas ad ferendum judicium accedat, velit illius Universitatis, & Theologiæ Professorum, de eo

eo libro sententias, in Urbem mitten-
das, ponderare. *Eleuther. Hist. de
Auxil. lib. 2. cap. 13.*

2. Annô 1582. P. Antonius Pos-
sevinus, missu Summi Pontificis
Gregorii XIII. adiit Poloniam &
Moschoviam; ut negotium pacis
tractaret inter Polonos & Moschos,
quorum Dux gravi bello pressus à
Stephano Rege, authoritatem Pon-
tificis imploraverat ad pacem con-
ciliandam. Possevinus ultrò citrō-
que commeans, qua erat industriâ,
pacem denique feliciter confecit, ce-
dente Moscho universâ, quam occu-
paverat, Livonia, Stephano autem
reddente, quæ in Moschovia expug-
nârat, loca. Susceptum fuit id paci-
ficationis negotium à Pontifice &
Possevino, inductis Moschorum am-
plissimis pollicitationibus in favo-
rem rei Catholicæ. Sed ubi confe-
ctum fuit, aliam prodidit mentem
Moschus, tamque, durum & fero-
cem se præstítit Possevino, causam
Pontificis & Ecclesiæ agenti; ut pa-
rùm abfuerit à supremo capitîs peri-
culo.

culo. Ad hanc obstinationem, Moschi non parum contulerunt Angli quidam & Hollandi hæretici, Pontificem traducentes ut Antichristum. In reditu ex Moschovia Possevinus Rigæ accepit literas à Pontifice de fundando Vilnæ Seminario ad erudiendos Ruthenos & Moschos; quod paulò pòst institutum. *Sacch. hist. Soc. part. 5. lib. 2. n. 67. Et seqq.*

Eodem die obierunt.

3. Lovanii in Belgio, anno 1623: vir immortalitate, non uno titulo dignus, P. Leonardus Lessius, non tam vivere, quam mori tandem desuit. Tam diris enim cruciatibus stomachi, colicæ, calculi, herniæ duplicitis, aliorumque morborum, à juventute ad sexagesimum annum ætatis annum exagitatus semper fuit: ut fateretur ipse, morte graviora esse, & illis levius fore incendium, quo vivus conflagraret. Ferebat tamen ærumnas omnes incredibili patientia, excitabatque se potissimum patientis Christi memoriâ, uti solitus illo Symbolo: *Amor meus crucifixus est.* Miraculo igitur

igitur proximum videtur : tot & fam
assiduos inter dolores , tot tamque do-
ctas, in varia materia, ab ipso confici po-
tuisse lucubrations, Theologis & Juris-
peritis in summo pretio habitas. Do-
ctrinam ejus de Prædestinatione & Au-
xiliis gratiae notaverant quidem justò ri-
gidiore censurâ Academiz Lovaniensis
& Duacena : sed paulò post sublata à
Sixto V. Pontifice Maximo per Nuncium
Apostolicum eâ censurâ, majus pretium
accessit doctrinæ Lessianæ.

4. Yamoritæ in nova Hispania anno
1535. magna zeli animarum, & sancti-
moniæ relictâ fama, obiit P. Petrus Cra-
vina. Inter alia mira de illo relata,
non postremum est ; quod Christianis
confidentibus cum barbaris Indis, Ca-
pitaneus copiarum Christianarum Sua-
rez, viderit Petrum longè dissipatum, con-
flictum præsentem, atque una manu Chri-
sti Crucifixi simulacrum attollentem,
alterâ flagro armatâ se se cædente.
Et stetit penes Christianos victoria, à P. Pe-
tro jam antè promissa.

5. Vilnae in Lithuania, anno 1657. P.
Jacobus Brentus, post acrem cum dæ-
mone

mone luctam in extremo agone ; victor abiit. Nullius per omnem vitam gravis culpæ sibi consciū, aggressus tamen est seductor ille tantâ violentiâ ; ut Pater Jacobus auditus sit exclamare : *Domine, vim patior, responde pro me. Quām exēcrabilis, quām turpis, quām malus es Dæmon!* Invisenti se cuidam è Patribus dixit : *Quantam ego habui luctam cum dæmone ! Voluit me adducerē ad spiritum blasphemiae, sed jam DEI gratiâ superavi.* Magistrum Novitorum insigni prudentia & dexteritate egit, solitus monere Novitios : *Quò magis sinè vobis eritis, eò magis cum Deo eritis.*

XVI. JANUARII.

I. **A**NNO 1598. habitus est Romæ Conventus tertius Consultorum , seu Examinatorum Libri P. Molinæ ; in quo conclusum : unum ex 4. Molinæ principiis esse ; *In particulari dari rationem Prædestinationis, bonum usum liberi arbitrii futurum.* Sed tantum abest, ut in eo principio Molina suam doctrinam fundârit ; ut potius oppositum constanter & eviden-

dentissimè tradiderit, ac miretur eam doctrinam sibi imponi : nam I. part. q. 23. Art. 4. Disp. I. Membr. 12. sic inquit : Non defuerunt, qui mihi tribuere voluerint , me asserere : dari causam Prædestinationis ex parte boni usûs liberi arbitrii. Non possum non vehementer mirari eum, qui integrum opus nostrum legit , mihi eam tribuere opinionem : cùm frequentissimè in eo clamem , efficaciterque ostendam ; Prædestinationem non esse propter bonum usum liberi arbitrii prævisum, nè ut conditionem quidem , sinè qua non ; sed pro sola libera voluntate Dei, qui sua dona distribuit, prout vult, & quibus vult. Ità Molin. *Eleuther. hist. de auxil. lib. 2. cap. 8. & lib. 3. cap. 3.*

2. In Siciliam appulit anno 1549. P. Jacobus Laynez, Diœcesim Montis Regalis rogatu Farnesii Cardinalis visitaturus, & concionibus ad populum operam daturus : quibus tantum profecit : ut non solùm in populo, & proceribus insignem fecerit morum mutationem ; sed etiam sexdecim

decim prostituti pudoris mulierculas reduxerit ad frugem meliorem, Sanctimonialium cœtum ad religiosam promoverit obſervantiam, & Collegio Panormitanō dederit initium; vir quām ardēns verbo, tam potens opere. *Orland. 1. part. Hist. Soc. lib. 9.*

3. Annō 1577. Lucernenses in Helvetia, fortī epistola ad Everardum Præpositum Generalem datā, postulārunt, & impetrārunt Collegium. Nos, inquiebant, ii semper fuimus, sumūsque hodie, qui Catholicam fidem defendimus (quod sinē jactantia dictum sit) adducta in discrimen dignitate, re, vitâ & sanguine: neque id solūm in patria nostra, sed ubicunq̄e nostra opera expetatur. Æquum igitur est; ut, qui religiosis laboribus summè contendunt, ut sustineant & amplifcent veram fidem, pietatēmque Christianam; adsint nobis, qui idem profitemur, & efficimus armis, vitaque periculo, &c. Sic illi militari elo-

qui en-

quentiâ. *Sacchin. part. 4. in hist. Soc. lib. 5. n. 104.*

4. Annô 1697. finita est in urbe **Congregatio XIV. Generalis**, sub P. Thyrso Gonzalez, Præposito Generali, quæ inchoata fuerat anno præcedente 15. Novembris. Finita autem est, & celebrata, admodum pacificè: cùm turbulentam fore, alii timuerint, alii sperârint; & Acatholici etiam ad ejus exitū arrecti fuerint.

Eadem die obierunt.

5. Romæ anniô 1620. P. Stephanus Benassai, pestifera lue contracta in Pontificiis triremibus, quibus singulari charitate deserviebat, exultabundus supremum agnem absolvit. *O bene est, beatè est Patres, ingeminabat; in Paradisum, in Paradisum imus!* Eodem planè, quo decessit, tempore in Collegio Romano, spectandum se præbuit cuidam è Sociis in domo Probationis, in veste candida, vultu hilari, & copiosa luce circumfusum. Degentem adhuc in sæculo, Archi-Episcopali dignitate ornare parabat Paulus V, Pontifex Maximus, sed ille ele-

elegit abjectus esse, in minima Societate IESU, in qua homo quinquagenarius lingua Illyricam à primis elementis, condidicit; ut populi discillis erudiendis idoneum se praebaret. Romæ eximia illius charitas eluxit: in Aegyptiis doctrinâ Christianâ erudiendis, & in gremium Ecclesiæ deportandis.

6. Eberspergæ in Germania, anno 1621. P. Georgius Hoffer. Inter alia religiosæ pietatis exercitia, illud etiam in more habebat: ut post preces Canonicas absolutas, illa semper à Litaniis communibus verba subiungeret: *A subiectanea & improvisa morte libera nos Domine.* Et verò dum pro more domi Litaniæ dicere accepit, Alle mortem obiit, certè non improvram: de qua diebus singulis tam solitus erat.

7. Meliaporæ in India, anno 1656. P. Robertus Nobilis, seu de Nobilibus Italus. Applicatus Missioni Madurensi, insprimis tres præcipuae illarum genitium linguas tam hincatè didicit; ut ad omnium stuporem cultissimè loquetur Tamulicè, Badagicè, & Grandonieè. Deinde ut Brachmapasuprenj Ordinem

D

Chri-

Christo lucratetur; rigidissimum ipsorum viveadi modum & habitum assumpsit, non solum carnibus, verum & piscibus perpetuo abstinendo. Quæ confortatio, quam fuit fructuosa, tamen visa est non paucis indecens; ideoque copiosa bono. Pugni obliterata est materia patiendi. At ubi ille suam agendationem, ut erat insigniter exultus Theologiæ, copiosius exposuit à partibus ipsius steterant non Archi-Episcopi tantum, verum & Gregorius XV. Pontifex Maximus. Sic virtus Apostolici semper habent, & quod agunt, & quod patientur. *Southwellius in Bibl. Soc.*

XVII. JANUARII.

I. **A** Naõ 1565. Pius V. Pontifex

A Maximus confirmavit, & extendit Privilegia Societatis, à Paulo III. & Pio IV concessa, contra Apostatas & constituitque. 1. Nullum, post emissa Vota religiosa, sub quovis praetextu, vel industro, posse exire à Societate, absque licentia obtenta specialiter à Superiore suo. 2. Neminem posse absque licentia simili

trans-

transire ad quemvis alium Ordinem
 Religiosum, præter Carthusiensium.
 3. Transeuntes absque licentia legi-
 tima ad aliud Ordinem, tam ipsi,
 quam qui eos recipiunt, sunt ipso fa-
 cto excommunicati: nec possunt
 absolviri, nisi à Papa, aut à Superiore
 Societatis. 4. Qui voluerint transire
 ad Carthusenses, debent id facere
 infra tres menses, à die, quo à Socie-
 tate recesserunt. Qui verò licentiam
 obtinuerunt, ad aliud Religiosum
 Ordinem transeundi; debent talem
 Ordinem actualiter ingredi, infra
 tempus eis à Superiore Societatis af-
 signatum: & si in talibus Religioni-
 bus permanere nollent, vel non pos-
 sent; absque ulla mora ad Societa-
 tem regredi tenentur, sub poena ex-
 communicationis præfatæ; quam
 tam ipsi Religiosi transeuntes, quam
 illos recipientes, vel eis auxilium,
 consilium, vel favorem præstantes
 incurrit. 5. Transeuntes sine li-
 centia ad alios Ordines post emitta
 vota, vel alibi in sæculo commoran-
 tes deferta Societate, potest Genera-

lis & alii immediati Superioris Societatis, etiam adhibito brachio sacerdotali, & non servata formâ iudicioi, ad Societatem revocare, capere, & incarcere, ac debitæ pœnitentia subiicere. Authoritate Apostolicae. 6. Communicantur Societati quælibet Privilegia aliorum Ordinum, quoad modum procedendi contra apostatas. Bull. Soc. Constitutio Pii V. incepit: *Æquum reputamus, &c.*

2. Annô 1574. Socii tredecim ex Hispania solverunt in Pertiviam businæ 40. ex Ordine Prædicatorum. Sed postridie ingruente tempestate, fratre & quoque gubernaculo, hausta denique navis est, quæ plurimos vehebat; naufragitamen omnes in aliis, quæ propè erat, navim recepti, evaserunt in portum Gaditanum, meliorem paulò post tentaturi fortunam. Sacch. p. 4. l. 2. n. 137.

3. Feliciore usi sunt navigatione in eandem Americam anno 1691. Missionarii 44. è Societate. Cùm enim hoc die Gadibus solvissent, sexta Aprilis ejusdem anni prosperrime

Pa-

Paraquarium, ad quam excolendam
missi erant, attigerunt, nemine desi-
derato. Ex Relatione P. Antonii Sepp.
impressa Norimberga.

Eodem die obierunt.

3. Potosii in America Peruana, anno
1620. P. Jacobus Alvarez de Paz, notum
inter celebriores Ascetas nomen solidis-
simis ejus lucubrationibus magnum
pondus divinitus accessit: quando visus
est inter scribendum cœlesti fulgore cir-
cumfusus, & adstante quodam viro gra-
vissimo, quem scribebat in aurem excipe-
re. Voto se adstrinxit de omni etiam ve-
niali peccato plenè voluntariè non ad-
mittendo. Quotidie tamen prius ad
confessionem, quam ad aram accede-
bat: ubi visus est amplexum à Christo
accipere.

4. In Paraquaria nobilis pro fide &
animarum salute victima cœcidit anno
1639. P. Didacus de Alfaro: ad quam
mortem sibi prævisam & amico prædi-
ctam, se per ascetica unius mensis excri-
tia secessu accuratissimo præparaverat.
In anno 1669: principem Ro-
manorum

franæ juventutis Robertuni Cardinale
Nobilium mors immatura sustulit. De-
voyerat se Societati, sed non sinebatur
aulam cum Domo Probationis permul-
re. Vitam ergo & aulam suam ad nor-
mam Societatis & Collegii Romani ac-
curatè composuit, miraque humilitate &
obedientia se Præposito Generali submi-
sit. Brevem vitæ cursum, nec exceden-
tem octo supra decem, annos, heroicè
patientiâ in supremo merbo extendit.
Moriens supremam; maximeque niemo-
rabilem magnis & parvis, edidit vocem:
Humilitas! Humilitas! Humilitas!

6. Viennæ Austriz P. Carolus Mu-
ſart, Belga, anno 1653. Vir fuit ad
omnium, præcipue tamen vitoris con-
ditionis hominum, obsequia factus,
quamvis Theologie laureâ exornatus.
Tractandis juvenum animis, atque ad
omnem virtutem formandis, singularem
prodebat industriam & efficaciam. In
eum fineâ complura edidit pia opuscu-
la; Southvellus in Bibliotheca Societatis
unum supra viginti numerat.

7. Romæ anno 1687. P. Silvester
Maurus, Italus, vir quatuordecimi, tam
sub-

subtilis ingenii; Aristotelis in Philosophicis, & D. Thomae Aquinatis in Theologicis observantissimus. Unde Aristotelis opera omnia, sive Paraphrasi edidit Tomis 6. in' 4. Theologica vero opuscula complura, sententiae D. Thomae strictè inherentia. Doctrinam tamen excellentiam supersavit studium, perfectionis Religiosæ.

XVIII. JANUARIJ.

I. Finita est anno 1594 Congregatio V. Generalis, qua prima fuit habita super stite Generali, sic volente Clemente VIII. Celebravit illam P. Claudio Aquaviva, Praepositus Generalis, à 3. Noyemb. anni 1593 ad 18. Januarii anni sequentis. Inquit cetera declaratum est in ea Congregatione. Deo. 5. Verba illa formulae votorum simplicium: *Et promitto, eandem Societatem me ingressurum, Et cum Vicere & propriètate ratione in voti aucti habuisse; & ab omnibus censi debere votum peculiare, à tribus aliis in eadem formula contentis distinctum, quo quis*

se obligat ad acceptandum gradum
 Professorum vel Coadjutorum For-
 matorum, prout Præposito ad majus
 Dei obsequium fore videbitur Pro-
 hibitum quoque severè Decreto 47.
 Nè nostri ullo modo se immisceant
 in negotia politica statutis, etiam in-
 vitati & illecebti. Quod decretum
 firmatum & aggravatum est alio,
 scilicet 79. ubi in virtute S. Obedien-
 tiaz, & sub poena inhabilitatis ad
 quævis officia, & dignitates, sed
 prælationes, vecisque tam actiæ,
 quam passivæ privationis: nè quis-
 quam publicis & sæcularibus prin-
 cipum negotiis, quæ ad rationem Sta-
 tūs (ut vocant) pertinent, ulla ra-
 tione se immisceat. Superioribus
 autem commendatum: ut si quos ad
 id propensos adverterint; Provin-
 cialem quamprimum commonefas-
 ciant, ut eos loco mutet, si illic sit
 occasio, vel periculum; se ejusmo-
 di implicationibus irretiendi. Ex
 Decret. ejusdem Congregat. o audiens

Eodem die obierunt.

2. In India Orientali, ad urbem Darbul. Vincentius Alvarus, cum Goam peteret, studiis altioribus operam datum, a Mahometanis piratis interceptus est. Cum pro aliis captivis lytrum facile admisissent, pro hoc se admissuros negabant; quod hujusmodi homines in Mahometem, ejusque legem iniquiores essent. Accepta mortis sententiâ, intergessientis animi argumenta poenitentiae oblitus non est, ceciditque Psalmum quinquagesimum decantans, anno 1606. Corpus in mare abjectum.

3. in Viennâ in Austria piè decessit anno 1627. P. Joannes Coboncelius Carniolus: Ecclesiasticis Breviarii Romani precibus adeò non gravatus; ut quotidie officio diei alia duo adjiceret, alterum de S. Spiritu, vel SS. Eucharistie Sacramento, alterum de sancta Barbara V. M. Duobus quotidie Sacrificiis intererat, præter illud, quod ipse faciebat. Eodem quo obiit tempore, cuidam scilicet Viennâ dissito, clara luce ac vigili, ante meridiem conspectus est, pileoque

etque baculo instructus, quasi ad iter
eternitatis accinctus, hilariſ & vultu
amabilis.

4. In Anglia anno 1648. P. Franciſcus Gardinerus, Anglus, pii candidique
laude ingenii amabilis. Vindicandis ani-
mabns ē purgatorii flammis mirificè ad-
dictus, mutuam ab ipsis opem confiden-
tissimè in omnibus périculis, & arduis
negotiis spērabat; nec defellit ipsum
spes sua. Fuit, cùm sacram viaticum
ad ægitum defens, incidit in apparito-
res: qui, nescio quid suspicati, hominem
tenuerunt; & occultum quidpiam scruta-
entes, vestibus omnibus usque ad line-
am subaculam exuerunt. Tum ille ad
Christum converfus, *Salva jam te ipsum*
mi Deus, nam ego ultra non possum, si-
nūlque parvulam pŷxidem intra volam
mam̄is recepit; nec quisquam inspecto
illam. Sic non rato minus suspecta
sunt, quæ aperta.

XIX. JANUARII.

P. Indiarum Apostolus S. Xaverius,
anno 1545. Coenobio epistolam
dedit ad Joannem II. Eustachium Re-
gem,

gem, quâ fôttiter & reverenter pro-
mover causam Indorum converfo-
rum & convertendorum ad fidem
Christianam. Statim in capite epi-
stolæ sic ponit: 'Domine, sic velim
habeat Majestas tua', itaque secum,
quæso, reputet: Deum Dominum
nostrum Tibi potissimum, præ cun-
ctis, qui uspiam sunt, Christianis
Principibus, hætum Indianum Impe-
rium tribuisse; ut experimentum tui
daperet, probaretque, qua fide com-
missum negotium gereres; quóque
officio grati animi beneficiis respon-
deres. Neque in hoc tam spectasse;
ut regium tuum fiscum ditaret pro-
ventu pretiosorum fructuum ex terris
exteris, & importatione gazæ pere-
grinæ: quâhæ ut suggestis oceâ-
tionibus heroicorum laborum, vir-
tuti ac religioni tuæ benignam ma-
teriam offerret, &c. Claudit epistolæ
lám: Adjuva me, quæso, Domine
tuis orationibus: postulando à Deo
Domino nostro pro me idem, quod
egò vicissim pro Majestate tua po-
stulo: nempe ut in hac vita det Tibi

gratiam sentiendi, & agendi id, quod
in momento Tuæ mortis gauderes
Te fecisse. Epist. nouarum lib. 9.
epist. 10.

2. Annô 1561 P. Consalvus Sil-
veria potentissimum in Africa Re-
gem Monomotapæ, cum Matre ip-
sis baptizavit. Impulit hominem
in lustrales aquas DEI para V. cujus
effigiem humili cultu pridie venera-
tus erat. Nam semisopito Regi
quinque circiter noctibus spectabi-
dom se se exhibuit, summaque beni-
gnitate ipsum affari visa est, sed lin-
guâ incognitâ. Valde igitur anxius
Rex, quod sermonem cordi Reginæ
non intelligeret, accersit P. Consal-
vum, & queritur de imperitia sua.
At Pater reponit: eam linguam cœ-
lestem esse, nec intelligi, nisi ab iis,
qui Reginæ illius Filium agnoscere
DEUM, legemque ejus amplecten-
tur. Operata est id ea responsio
ut Rex de Lege Christi & mysteriis
fidei doceri voluerit, & post dies aliquot,
satis instructus, lustralibus
aquis cum matre expiatus est. Ser-

cuti paulò pòst ad sacrum fontem
Procerum ultra trecentos. *Sacch.
hist. Soc. part. 2. lib. 5. n. 224. 25c.*

Eodem die obierunt.

3. Romæ anno 1565. P. Jacobus
Laynez, Hispanus, Secundus Societatis
Præpositus Generalis, Vir ingeniò ma-
xiò, prudentiâ & doctrinâ summi, in
nocentia & sanctimonia vitez singulari,
modestia, & morum suavitate suprà,
quam dici potest amabilis. Condendæ
ac instruendæ Societati S. Ignatio pri-
marius adjutor fuit. Italiam fore totam
zelosissimis coacionibus, maximoque
fructu percurrit, nec cessavit à concio-
nandi munere, etiam in regimine Socie-
tatis universæ. A Pio IV. in Galliam
cum Esteñsi Card. legatus, Theodorum
Bezam, Petrum Martyrem, aliosque her-
eticorum antefignanos, Catholicis in-
sultantes, in publico regni conventu re-
pressit, domuit, mutosque reddidit. Ad
sacram Tridentinam Synodum ter, à
tribus Pontificibus, expeditus tanquam
Apostoliæ Sedis Theologus, primum
inter Theologos locum genuit, tantaque
saci

sacri illius confessus approbatione, admiratione, acclamacione disputavit: ut passim Theologorum Princeps; oraculum Spiritus Sancti, Arca utriusque Theologiae praedicaretur. Post oblatam à Paulo IV. & humillimè repudiatam Cardinalitatem dignitatem, eodem Paulo defuneto, complurium, ex purpurato Ecclesiae Senatu lectissimorum, suffragia meruit pro summa in terris dignitate. At Layno satis fuit, meruisse.

4. Novocomi in Italia P. Edmundus Augerius, Gallus, Caroli IX. & Henrici III. Regum Galliae, Confessarius & Ecclesiastes Apostolicus, ad Ecclesiam triumphantein transiit, anno 1591. clarus conversorum hæreticorum manubii. Quadraginta, & amplius (quidam ad septuaginta extendunt) hæreticorum millia, cum 40. heterodoxis ministris, ad Ecclesiam Christi reduxisse traditur, longè pluribus vacillantibus in fide, confirmatis; ut non immiterito vocatus sit, Pater Patriæ, Conservator Fidei, salutis publicæ Restitutor, Torrens eloquentiarum Gallicarum. Thesaurus dicenti illi fore fuerunt Isaies & Paulus.

¶ 4. Seculis parem

patem illi Ecclesiasten Franciam nostra
habuisse dicebatur. Moribus audita
coelesti Symphonia: *Abeamus ergo, abea-*
mus; ajebat; & ad hanc patus splendidissi-
mam Coelitum coronam, ut cvidam offere-
sum divinitus, precedente & præcidente
numerosa parvorum turmam, quorum
Sodalitatem olim instituerat in Gallia.

XX. JANUARIE.

Disceptatio XIII. de Doctrina R.
Ludovici Molinæ, habita est
annô 1603. coram Clemente VIII.
Quæstiones propositæ sunt duæ: 1.
An Molina & Cassianus eodem mo-
do exponant locum illum Pauli I.
Cor. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur*
vos tentari supra id, quod possitis? 2.
An Molina & Cassianus conveniant
in hac conclusione: *Ante receptionem*
gratiae fervida est laus libero arbitrio.
Ad utrumque respondit P. Arrubal
pro Molina, negative. Primum pro-
bavit: quia Cassianus docet: quod
Deus non patiatur tentari homines
supra id, quod possunt viribus natu-
ræ: Molina autem explicat: quod
Deus

Deus non patiatur nos tentari, supra id, quod possumus virtute gratiae à Deo donatae. Utriusque sensum deducit ex textibus eorum. Alterum probavit: quia Cassianus dicit: ante receptionem omnis gratiae prævenientis esse in libero arbitrio laudem operis pii, & idonei ad Justificationem: quod negat Molina. Probavit utramque ex allegatis utriusque locis. *Eckuther. hib. de auxiliis lib. 5. cap. 17.*

2. Disceptatio XXIV. de eadem Molinæ Concordia habita est coram eodem Pontifice, anno 1604. in qua quidem à Pontifice propositæ fuerunt quæstiones quinque uno die resolvendæ: sed cum P. Ferdinandus de Bastida ex parte Societatis, de duabus primis differuerisset totis duabus horis, nec quidquam superfluum dixisset; reliquæ tres quæstiones servatae sunt in aliud tempus. Prima quæstio fuit: *An sit de expressa S. Augustini sententia, aut saltē de ejus mente, vel potius contra ejus doctrinam: quod intima D. El. vocatio ad fidem, licet do-*

nun

quoniam DEI sit, multum tamen pendeat à libero arbitrio ejus, qui vocatur? Altera: An interna excitatio fidelis ad patientiam, quam maximè pendeat à ministris Ecclesie, atque à libero arbitrio? Ad 1. respondit Bastida: Sententiam S. Augustini, & Molinæ esse: quod interna Dei vocatio ad fidem nullo modo pendeat ab actu liberi arbitrii ejus, qui vocatur, tanquam à Causa meritoria; pendeat tamen ordinariè tanquam à dispositione prævia; scilicet ab actu, quo fidelis liberè vult audire prædicantem. Ad 2. respondit ex mente S. Augustini & Molinæ, affirmativè: scilicet secundum cursum ordinarium. Utrumque dilucide & solidè probavimus ex eorum doctrina. Eleutherius, lib. 5, cap. 23.

3. Lutetiam Parisiorum hoc die anno 1590. attigit Pater Robertus Bellarminus, honorum Cardinalis, &atus à Pontifice Sixto V. socius Legato Henrico Cajetano Cardinali in Galliam missò ad componendam tempestatem, ferventem inter Principes

tipes Catholicos, & Henricum IV.
Regem Navarræ, tunc adhuc Aca-
tholicum. Ibi largè cumulavit glo-
riam editis libris, & sapientia exi-
miae famâ partam: quando nullo
modo adduci potuit à Legato Cardi-
nale, ut politicis quibusdam nego-
tiis, quæ agitabantur, se se immisce-
ret: imò ex consensu Procerum, cui
ipsum adesse voluit Legatus, dextrè
se subduxit, & in angulum receperit
Urgenti Cardinali, ut adesset: liberè
& candidè respondit: se ad ea tan-
tum tractanda missum esse, quæ Re-
ligione m' concernerent. Quo re-
sponso non solum non offendit; sed
plurimum auxit opinionem de se
eóceptam, præsertim apud Cardi-
nalem, & Senatūs Parisiensis Präsi-
dem Segnerium. Petrasanta in vita
Bellarmini lib. 2. cap. 9.

Eodem die obierunt.
4. Mscai, in insula Sinenſi, anno
1606. P. Alexander Valignantus, Orien-
talium Indianum zelofissimus Provincia-
lis & Visitator per annos 33. Trium
prin-

principium Japonicorum Legatos ad Gregorium XIII. expeditivit Romam. Immensus itinerum tractibus & periculis emensis, rem Indicam & Sinensem Missionem stupenda industria & constantia feliciter premovit; atque hanc sentis ibi Ecclesiae fastos magnis suo nomine, & labore implavit; contra omnia pericula & incommoda indefesso orandi, & se se afflictandi studio munitus.

5. Ibidem anno 1615. Mancius Taichieu Coadjutor, Japon, fidei causâ, quam picturâ sacrarum imagintum promovebat, ejectus è patria, quantuvis zger, navigationis incommodis fractus occubuit.

6. Pechini apud Sinas anno 1688. P. Joannes Verbiest, Belga. Successor in munere Praefidis Mathematicum, & gubernatione Societatis in illo imperio Patr. Joanni Adamo Schal; Moreali Aclae. Imperatoris singulari favore & auctoritate officii sui prudenter utebatur, ad firmandam & propagandam reum Christianum: adversariorum iniurias beneficentia uictisci matuit; qua arte plurimum pro-

(92)
proficit, & legis Christiane sanctitatem
luculenter demonstravit.

XXI. JANUARII.

Celebraçā est coram Clemente VIII. anno 1605, disceptatio trigesima septima in causa Molinæ. Ad propositam questionem: *An boni usus auxiliorum diuinorum provocat à sola innata libertate hominis?* quæ de hoc sit Sententia S. Augustini & Molina? respondit P. Bastida: prævenire eum non à sola libertate innata hominis, sed etiam à gratia præveniente, & concomitante atque adjuvante; non autem ab aliqua gratia physicè prædeterminante. Ille enim gratiæ omnino necessariæ sunt juxta S. Augustinum & Molinam: ista non solum non necessaria, sed noxia libertati. Qod latissimè probavit Elencher. lib. 5. hisc. de auxiliis cap. 51. & p. 111. &c. &c.

2. Anno 1651 electus est in Praepositum Generalem IX. Societatis P. Alexander Gottifredus, Italus, illustri & percutienti stirpe ortus. A

tene-

teneris annis militiae Clericali adscri-
 ptus, eam morum maturitatem in-
 duit, & vitae innocentiam, qua futu-
 rum Præpositum Generalem dece-
 get. Ad Societatem evolare illi non
 licuit, nisi post multas victorias de
 parentibus, cognatis, & Prælatis, Re-
 ligiosisque relatas, & ab ipso summio
 Pontifice obtentam veniam; ut in-
 vitis etiam parentibus Societati se
 addicere posset. Cardinalis Perbe-
 nedictus, in cuius ædibus diu mul-
 tumque explorata fuit Alexandri vol-
 catio, perspecta juvenis indole atque
 constantia, abenti dixit: *Vade, agor
 felicitatem ad Societatem Iesu, cuius futur-
 us dignandus Præpositus Generali.*
 Boit; sed forè tantum ad explendam
 hujus vaticinii fidem. Nondum
 enim clavis mensibus diebus ab e-
 lectione, sublatus est. *Southwell in
 Biblioth. Soc.*
 3. Ex India epistolam hoc die de-
 dit S. Xaverius Romanum ad Societa-
 tem: qua refert imprimis labores
 suos, & eorum fructus in insulis Mo-
 lucis, per Catechismi traditionem
 ad-

adhibitō cantuō. Tantus, inquit; Neophytorū animis Divinārum laudum carmina decantandi injectus est ardor: ut Moluccenses pueri in plateis, pueræ ac mulieres in tectis, agricultorū in campis, piscatorū in mari, pro obscēnis ac vocordib⁹ cantilēnis, Christianæ fidei canerent rudimenta. Narrat deinde, quantis periculis & incommodis perfunditus fuit in insulis Mauritius, quantisque simul inter illa perfundua sūt cœli delicii. Denique exponit: quomodo Malas ex instituerit civitate volente: ut sub noctem certus hom⁹ cum laterna & tantinabulo urbem obiret; aliumque inflamaret: ut pro defunctis & existentibus in peccato mortali orarent.

Epist. Vat. lib. 2. Epist. 6. ad Iun. apud

Eodem die obierunt.

4. Romæ, anno 1612. Paulintis Cottus Coadjutor. Inter castorastreligionis fidotes, ita orationis donis excellebat: ut crederetur facile impeiratus, quid quid peteret. Unde cùm P. Mutii Vitelisci vita à Medicis jam pro deplorata haberetur; à Claudio Aquaviva Präposito

Seco Generali iussus est Paulinus tam diu orationi insistere, donec extra periculum ponerefetur infirmus. Peruit ille, atque octo integris horis ardenti orationi datis, letus surrexit: sensitque eodem tempore Tusculi decumbens P. Mutius plurimum levamenti, ac post plenè convalescit. S. P. Ignatii reliquiis cum plurimos sanaret morbos Paulinus, rogatus adiunxit easdem Blondi cuiusdam, desertoris Societatis exco oculo: sed contrarium, Deo vindice, accidit: contactu enim resiliuarum desertor ille alterum quogus oculum amisit.

5. Lovanii in Belgio, anno 1653: P. Jodocus Schapelinck, Belga, meritissimum illud eloquium, quia^d non offendit in verbo. Nec bene de se, nec male de alio locutus unquam, verba omnia in fratera prudentia, humilitatis & charitatis appendebat; semper intentus, quomodo corpus exueret, solisque spiritu viveret.

6. Olez in Hispania, anno 1646. P. Raymundus de Funes, vir ad stuporem omnium semper idem vultu & animo, in prosperis & adversis, immo nec voce impetu-

petu quodam relata, vel fracta. Memorabile est ejus effatum, quo affirmavit: cum qui serio virtutis studoret, debet h[ab]enter annos decem de vita sibi detrahens, vel poti, ut detrahantur.

XXII. JANUARII.

P Petrus Faber, cum visitasset Belgium, rediit Coloniam anno 1543. In itinere Leodium, Trajetum, Aquisgranum usque adeò suis concionibus concitavit: ut ex iis turbibus plurimi ad eum Coloniam se venturos reciperent, pro ulteriori instructione per exercitia spiritualia, & opportuna consilia. Colonia primarium illi negotium erat: cum Archi-Episcopo & Electore Hermanno, in fide nutante, imo jam labante, sustentando. Is absente Fabro, advocarat è Germania Superiori Bucerum, Melanchtonem, Pistorium, Sarcerium, & id genus portenta, ad diœcesim suam novis dogmatis imbuendam. A quorum pestilenti lue cum diœcesim omnem non posset servare immunem Faber: quia id

intendit totis variib[us] fuit: ut ipsam servaret **Civitatem Colonensem.** Nondum enim novatores illi suam pestem palam inspirare Coloniensibus ausi fuerant. Plurimis ergo locis ardentes, doctissimisque habet conciones ad auditores lectissimos, veterem fidem firmat, mores reformat, Sacramentorum crebriorem usum inducit, & frequentibus cum pseudoministris Evangelii novi congressibus, arrogantiam eorum retinet, inficiat prodit, & facessere cogit: ut meritò fidelium vox fuerit: **Nisi Fabri vigiliæ intervenissent, perituram funditus Coloniæ fidem fuisse.** *Orland. part. 2. hist. Soc. l. 4.*

2. In Japonia cum felici Sociorum labore regio Omurense tota Christo accessisset; graviter commovit ea res Satanam, & vicinum regem Rio-sogem qui valido exercitu Principem Omuræ Bartholomæum aggressus, insignem hæ die cladem accepit, cum Bartholomæus non plures sex millib[us] sub signis, Cruce insignibus, haberet. Fassi sunt hostes.

non à sex milibus, sed ab ingenti exercitu, pro Christianis pugnante, scilicet accepisse. *Sachibist. Sac. p.*

4. lib. 6, n. 315. *Et illi, quod dicitur, non
est aliud nisi inservit ut padrone et
domino. *Eodem die obierunt ei.* *I. o.**

3. Grappati in Hispania, anno 1585. Jacobus de Leyches Coadjutor, S. Joannis de Deo olim discipulus, & in pauperiorum agrorum Socius, innocentia vita, orationis, & obedientie, quam cæcini vocant, studijs insignis. Jussus haustrum in cribro adferre aquam, hausit; nec gutta effluxit. Visus in angulo culinæ non semel interrandum à terra sublimis.

4. Bilbili in Hispania, eodem anno. P. Matthæus Albenosa, vir placidissimi ingenii, & teneræ erga omnes charitatis. In supremo morbo à Dei-para Virgine, quam exquisitè semper coluerat, cum S. Petro visitatus & recreatus, expirantem linguam in hac ultima verba cantu solvit: *Videant se oculi mei, dulcis est bone IESU; videant te oculi mei: Ecce me, ut statim emoriar.* Cecinit & vixit.

5. Varsavia in Polonia, anno 1614.

P. Mar-

P. Martinus Costensis, Polonus, evocatus est ad percipiendam coronam justitiae, pro vita religiosissime acta, & pro ferrea corona libraturum sexdecim, quâ interceptus ab hæreticis, oneratus fuit. Inerant circulo ferreo duo cornua ferrea, quæ clavus adstringebat, caputque constringebat. Sic coronatus, ventes, nives, imbres, frigoraque inter dolores & ludibria, integro Semestri egregio sustinuit.

6. Limæ in America Peruana, anno 1649. P. Joannis Almeidæ, Brasili, Apostolicos labores coronavit Deus. Indis magister, medicus, servus, frater, & omnia fuit. Itinera & plurima, & maxima, & difficillima, non nisi baculo nixus, emensus est. Eunti aliquando ad ægrum cœlo pluvio, imber pepercit, siccumque dimisit. Spiritu prophetæ crebro afflatus hominibus admirationi fuit; at Angelis jucundo spectaculo, quando viderunt diurnis laboribus fessum, pernoctantem in oratione Dei, à qua callum in genibus contraxerat.

XXIII. JANUARII.

I. **C**lemens VIII. anno 1601. Consultores seu Examinatores libri Molinæ, quos valde variantes in judiciis suis deprehenderat, acciri jussit, unà cum Cardinalibus Bernero & Bellarmino; præsentésque his verbis compellavit: Censuras vestras biennio, & amplius elaboratas ac recognitas, Jesuitæ probare nolunt: multa Molinæ afficta conqueruntur, nihilque ab eo assertum dicunt, quod Pelagianismi meritò notari possit. Tum Antonium Bovium, unum ex illis, digito monstrans: Regens quoque Carmelitarum, inquit, prolixam mihi nudius tertius Molinæ defensionem exhibuit; quâ nihil in ejus Concordia fidei repugnans scriptum obtendit. Rem itaque præsentibus Prædicatoribus ac Jesuitis, iterum expendi volo, ac diligenter inquiri: quibus in Capitibus Molina Pelagianis ac Semipelagianis assentiatur. Quâ sententiâ satis ostendit Pontifex, Examinatores nec

nec ipsi, nec causæ, nec muneri suo fecisse satis. Quod postmodum ex iis, quæ contigerunt, manifestissime patuit. *Eleuther. hist. de auxil. lib. 3. cap. 19. &c seqq.*

Eodem die obierunt.

2. Ategnete in Hispania, annō 1646. P. Joannes de Cassarubios; singularum exequiarum frequentiâ & celebritate cœlatus, ob insignem sanctimoniam opinionem, quām diuturno virtutum Religiosarum studio, usque ad annum ætatis 97. religiosæ vitæ sexagesimum quartum, & quibusdam divinis gratiis, quas gratis datas dicunt, comparaverat. Mortificatio & oratio maximè spectabilem fecerunt, cui senex horas octo impendebat quotidie; dormiebatque & parvum, & vestitus, ut expeditior profiliret ad orationem. Omnes insigni respectu & reverentia honorabat, dicebaturque: *In hoc non dari parvitatem materiae.*

3. Oeniponti Gaspar Gelosus, Coadjutor: Inter cujus egregias dotes singulariter cluxit accurata linguae custodia;

quam ut coērceret , antequam se ad Socios , pro more , à mensa conferret , ad annum colloquio relaxandum ; solebat in Imaginem CHRISTI orbem iudicantis attentiores defigere obtutum , & expendere : quām strictam oīm redditurus esset rationem de singulis verbis , & horæ momentis transactis .

4. In Collegio Narensi , in Sicilia , anno 1624. magnum sui desiderium reliquit P. Gaspar Paranymphus , Siculus , virgin Missionibus , & alias , potens opere & sermone , ab ipsa Virgine DEI para coram quodam laudatus ob insignem paupertatis cultum . Negabat se concionari posse finè cilicio , cui acrem sui verberationem jungebat . Visus inter dicendum splendor è Crucifijo in illius faciem evibratus : habebantque ejus conciones semper aliquid de Christo paciente . Morientem cœlestis in usica recreavit , conspexitque non nemo gloriosum ferri in cœlum .

5. Antverpiæ in Belgio , anno 1629. P. Andreas Schottus , Belga , solida virtute , & multa eruditione conspicuus ; quāctiam apud heterodoxos eximia sibi com-

comparavit eloquias. Per quibus scriberemus statim protectionem consumpsit: septem supra quinque agmina in varia materia typis editos. Nec et sep̄t̄ dicitur his
Biblia Sacra. Multum relictum. SS. Petrus et Paulus. In scripturis veterum
 sc̄i p̄p̄, adjectis doceantur. Notis.
 67. Parifis, anno 1646. P. Jacobus
 Salianus, Gallo, Historicus celebris.
 Prodigium Ecclesiastico. 16 cap̄lētavit
 sex species. Tunc in qua quā p̄p̄ à mundo
 remanseruntque ad mortem Christi, quos
 sp̄sem̄ Virginis compendio conseruat. In
 Epitome eiusdem. Tomis folio; que fa-
 vit Pontificis Reptiliarii. Octavum dant
 Ambri de' Agnere et Thore DEI ab eo
 uersam; hanc de Auspicando DEO,
 & Enchiridion Om̄n̄ologicum. Elux-
 erunt in eo per diuinū uenit Modestia,
 Mansuetudo, contemptus sui, Religiose
 discipline amor, liberū confessus, in
 nos omn̄e nō solent nisi sicut audier-
 satis.

XLV JANUARII. .of.

I. P. Matheus Ricinus, qui meritō
 in P. Singularem apostoli eloquio
 honorat̄ potest̄ regnū dicit̄. Pe-
 ckinum yam exponit̄. Quod calicis
 uerbi

ejusdem Imperii anno 1601. Cum
 enim prima expeditio irata fuisset
 propter bellum Sibis illatum à Japo-
 nibus, idcirco P. Matthæus Nanchi-
 anu redire debuisse ubi minores spé-
 rabatur nullum est Imperatoris
 mandatum. ut quanto eius cum su-
 meribus suis adcesset. Inciderat enim
 si ex improviso memoria supplicis
 libelli in prima expeditione sibi por-
 testari, in quo pater alia munera ob-
 ferenda; horariae machinæ fuerunt
 affabes elaboratae. Quæsivit ergo
 Imperator ubi esset campana illa,
 que non ipso monante sonum ede-
 ret. Cum Evanachus, qui perpetuus
 est illius comes, respondisset ad li-
 bellum illum nosadum esse factum
 rescriptum regium iussit statim re-
 scribi, & P. Matthæum adyocari.
 Adfuit quoniam possum celebrare, sum
 ptibus regiis itinere longissimo con-
 fecto. Id autem postea Bulas Norarias
 machinas, scilicet Europæ, tunegas
 imaginem valde allegoriam Christi
 Salvatoris. Quæcumque ubi Imperator vit-
 dit, obstupescens exclamat: Deus

*vivus est iste! Et hoc nomen perpetuum mansit Imagini illi; & Patres Nostri vulgo appellabantur *Illi*, qui Regi D^Eum vivum obtulerunt.* His munieribus delinito rege, ut semper ad manum essent, qui horarias machinas, & clavicymbalum (quod etiam oblatum, nec unquam Sini audiuimus fuerat) moderari possent, tolerati sunt Nostri primò ad tempus: deinde Deo favente, quamvis post plures tribulationes, permisso sunt Peckini stabile figere domicilium, cum maximo rei Christianæ, & gentis illius commodo. *Trigautius de Exped. Sinensi lib. 4. c. I 2.*

2. S. Franciscus Xaverius, postquam annos duos cum dimidio in Japonia impendisset Evangelii prædicationi, relictis ibi quibusdam Sociorum, reversus est in Indiam, Cocinum: ut Collegia ac domos Societatis inspiceret, Missionarios ordinaret, expediretque in varias regiones, præsertim Japoniam. *Epist. veterum lib. 4. Epist. 1.*

Eodem die obierunt.

3. Forolivii in Italia anno 1608. P. Laurentius Brixianus, plenus dierum & Sancti nomine vulgo honoratus. Cum aliis laboribus non sufficeret grandevus, Coadjutorum temporalium munia alacris obibat, toto 15. annorum spatio ad mensam Lector, & in triclinio instruendo occupatus; nunquam reus violati silentii.

4. Bastoniæ in Gallia, anno 1639. P. Thomas Cornierus, Anglis pro præmio Apostolicorum laborum abiit. E tyrocinio Societatis ob gravein & incurabilem morbum dimissus, à Dei-para Virgine curari meruit, atque in Societatem iterum recipi: in qua, cum strenuissimus Missionarius usque ad annum ætatis 77. desudasset, redeunte morbo illo, cuius causâ è tyrocinio expeditus fuit, pie decessit, trium votorum Professus, cum quartum oblatum vir humillimus non admisisset.

5. Viennæ Austriæ, anno 1624. P. Martinus Becanus, Belga. Celeberrimum reddidit facilis quædam in inter-

pre-

præfando D. Thomæ Aquinatæ, indeque
controversis erodandis perspicillitas
brevitas, & sonoritas, quam Fergusonia in
dæffia infinito ostendit. Onde & Ma-
thia Imperatore evocatus est ad Academiam
Viennensem illustrandam: a Cæ-
sare autem Ferdinando assumptus, fit sibi
esset à Confessionibus mirifice & Cæsa-
r & aulæ, immo & Nobilitati toti, etiam
heterodoxæ, fatisfecit: quod nihil attin-
gèret negotiorum politicorum. Cum
externis brevia amabat colloquia: satius
existimans, sui desiderium, quam fastidi-
um relinqueret; & tempus lucrari, quam
fallere. Edidit plurima contra Acatho-
licos opuscula; quæ postea duobus To-
matis comprehensa prodierunt. Celebre
est ejus Controversiarum Fidei Manuale,
& Compendium ejus. *Sotuellus in
Biblioth. Soc.*

XXV. JANUARII.

I. **U**rbanus VIII. anno 1631.

Constitutionem Pathi V. re-
servantis summo Pontifici duo vota
simplicia Professorum Societatis,
post solemnem Professionem edi so-
lita,

lita scilicet Vogum speciale de Rau-
petrate, & a liuq. deponi admittendis
dignitatibus extra Societatem ag-
pliavit; ut comprehendantur etiam
dignitates & officia secularia iuri sdi-
cione habentia: nec quisquam
qui alias generalem habet faculta-
tem dispensandi, computandi & re-
laxandi vota, possit in illis dispensa-
re: sed solus Summus Pontifex.
*Bullar. Soc. Et Bullarium commune Con-
stit. Urbani, 173. Tom. 5.*

2. S. Xaverius anno 1549. Coci-
nô epistolam dedit in Lusitaniam ad
P. Simonem Rodericum, in qua
præter alia significat: sibi ratum si-
xumque esse, adire Japoniam, quan-
tumvis per plurima pericula. Non
est enim, inquit, alius fructus animi mag-
jor in hac arumosa vita, quam vivere in
magnis pectoralibus periculis; quorum ad-
eundam unica & vera causa fuerit sa-
lus Dei amans. Et ei gratificandi delata es-
deque nostra sancte Religionis sincerum
studium. Si ergo mibi credes homini
est, in hisce laboribus versari, quem fac
illis

illis pacate & presibusque viveret. Epist. veterum lib. 18. epist. 10. multoq.
longius. Dicit hic *Conversionis S. Pauli*
sacerdos suggestit; quod contigit no-
stro P. Joanni Fernandez ad con-
cionem dicturo, & jam evictus. Adfuit
enim Apostolus, & latinè illam allo-
cutus, dixit: *Ego Joannes, esti bono ani-
mō: ambo enim huc hora simul contionan-
timur. Ex his est totā illā horā p̄-
fens ei adēsse in Cathedra.* *Nadasi in*
Indice Memoriali.

Hoc hanc etiam ad liborum regis
scimus. Eodem dicto obierunt filiiq. and

4. In Anglia, anno 1621. P. Robertus Pechamus, Anglus, post reorum er-
gastula, & exultrias, fidei causā non se-
mel fortiter toleratas, supremo anörbo
conflictatus, jāmque Sacramentis pro-
vitis, rogavit: num in Sacro, quod
celebrabatur, Sacerdos jam consecrāset?
Ubi audīt consecrāsse: Itaque, inqui-
bat, moriendum est; vacant me Iesus &
Maria; & placidè exspiravit. Ibidem
et I. Ibidem anno 1621. Regis fidei
Angli, P. Joannes Woodinges, & sp̄les An-
glus, è caroere in quaerendis aliq̄ uotis
fractus

strictus sustinuit, in libertatem trinitatisphantium Filiorum DEI. assertus est; postquam periculosisimas illas Missiones, per annos totos 46; admirandâ prudenteria, dexteritate & zelo obivit.

6. Gardie in Hispania; anno 1570
Franciscus Hernandez, Coadjutor, moratem sanctam, certoque prævisam & prædictam oppetiit; olim à Deo patre Virgine illustri Majestate conspicua, ab ovi unigenite, quem pascebat, ad Societatem Filii sui disertè vocatus, & Murciam ad Nostros expeditus; quibus, Coadjutoribus potissimum, insigne Religiosæ vite exemplar reliquit.

XXVI. JANUARII.

S. Xaverius anno 1549. dedit Co-
sinô epistolam ad Joannem III. Lusitaniae Regem, conquerendo de-
crudo agendimodo ipsius Praefecto-
rum in India, cum Neophytis. In-
fine monet, ut sibi mature consulat,
ob mortem imminentem additque:
Regna & Principatus transiunt. His
nova succedet; & cœpiasissima fac-
ties verum, planè qualis nè cogita-
tione

tione quidem ac suspicione prima,
Majestati tuae unquam in mentem
venerit. Videbis enim Te per mor-
tem spoliatum regnis, & possessioni-
bus ejusq[ue]um cunctis, in alia longè di-
versa contrudi terribilia & tenebrosa
regna, &c. *Epist. vet. l. 5. ep. 12.*

2. Congregatio VII. Generalis
sipi ta est anno 1616. in qua, cum
Pontifex Paulus V. ex occasione di-
missi cuiusdam Sacerdotis, petentis
a Societate alimenta, per Cardina-
lem Bellarminum proposuisset; ut
videret Congregatio, quid factu o-
pus esset circa dimissos e Societate
Sacerdotes, qui nec patrimonium,
nec beneficium habent, unde suspen-
tentur: post seriam discussionem de-
claravit Congregatio *Decreta 3.* So-
cietatem nullatenus teneri ad præ-
stanta hujusmodi dimissis alimenta.
Tum quia Sacerdotes, qui dimittun-
tur vel propter suam culpam, vel
propter importunas preces, ita sunt
instructi & naturalibus & acquisitis
dotibus: ut facile fibi comparare
possint beneficium, si vitam Sacerdo-
te.

te dignam agant : tum quia Societas magnos sumptus impendit in illos literis, & probis moribus excolendis ; & eorum operâ uti non potest ipsorum vitio & voluntate ; tum quia per talia alimenta sternetur aliis via ad defectionem ; tum quia Fundatores & Benefactores nostri instituerunt Collegia , aliasque domos , ut earum proventibus alerentur dimisi , sed idonei Jesuitæ . Accedit quod universaliter Judex non teneatur alere à se damnatos , & beneficio vel aliis bonis privatos : nec præstent suis dimissis aliæ Religiones ; & Parlamentum Tolosanum , petente alimenta dimisso quodam Sacerdote , decidit : iniquum postulare . Clemens quoque VIII . & alii Pontifices , in simili causa nihil imposuerunt Societati . Quibus informatus Pontifex , acquievit . *Ex Decretis Congregationis Generali.*

Eodem die obierunt.

3. Oropœsæ in Hispania , anno 1567 . P. Antonius Cordova , profunda solidaque

que humilitate, quam illustrissimis nati-
libus, clarior. Illa impellente, non
solùm regimine Collegii in Societate se
abdicavit, & insinuè Grammatices classi
adocendæ se addixit: verum & purpuræ
Ecclesiastice, hæc quæ à Carolo V. Cæ-
sare proponebatur, se subduxit; tam
quæ heroica contemptus sui assidue argu-
menta edebat: ut non minus sacerdotali-
bus, quam Religiosis stupore esset. Post
mortem mirabiliter circumfusus
apparuit.

4. Ingolstadii in Germania, anno 1647.
Ignatius Soier, Scholasticus, Germanus,
heroica morte occubuit, cum latè gra-
sante pestifera lue, se in victimam obtu-
lisset Debiliter Collegium bewaretur illæ-
sum. Voto potita est tam generosa chari-
tas. Solus peste sublatus est Ignatius,
toto Collegio fatus. Quod si excepit
Quebecum in Nova Francia, anno
1673. P. Hieronymus Lallemand, Gal-
lus. Quanto riddites Missionem Cana-
densem in America expetiit; et eadem ad
illam, se socixit, non petrata licentia!
Eodem enim die, quo nuptiam accepit
de imperato facultate, eximus Beatorum
sanctorum quo

quo fungebatur in Collegio Flexens, post laudatè gubernatum Bleseñse, abdicavit; & festinatè ad mare contendit, nè forte elaberetur occasio transiit tendit in Americam. Viginti; & amplius annos consumpsit in cultura ardui illis novalibus: solebat autem Socios in Apostolicis illis laboribus animare, dicendo: Magi, o Pater! laboremus Deo, quām diu vivimus: quia rotæ eternitatis quiescimus. Quievit tandem octogesimatis Confessor, Martyrii laurea, quam ardentissime appetebat, reservata nepoti ipsius P. Gabrieли Lallement; de quo **17. Martii.** Seruolli in Biblioth. Societatis invenimus: in libro missificiis, ordinis Regum socii.

XXVII JANUARII

Alexander VII. anno 1657. humeris literis gratias egit Serenissimæ Republicæ Venetæ, protestata in dictione suam Societate ad instantiam suam. Ipsius vero Alexander prohibita in eo negotio solicitudine summas pariter ac humerillas, solemnis decreto, regit gratias Congregatio Generalis XI. pominis et omnium Societatis eius Sacrae ficia

ficia & preces pro sua Sanctitate devotissime obtulit eidem. Decret. 26.

Et 33.

2. Disceptatio XIV. in causa Molinæ habita est coram Clemente VIII. anno 1603. in qua ad questionem: An in hac propositione; *Nihil aliud requiritur ad donum perseverantie, quare gratia habitualis est sufficiens;* Cassianus & Molina convenient? respondit P. Arrubal, latum & multiplex esse inter utrumque dissidimen ostenditque ex Molina; ipsum, non solum sufficientem, sed efficacem requiret gratiam ad donum perseverantie: non tamen gratiam physicè prædeterminantem. *Eleuther. de auxiliis lib. 5. cap. 18.*

3. S. Franciscus Xaverius epistolâ ad Societatem Europæam datâ anno 1545. significavit: *Se in regno Transmarinorum recentat amplius, quam decem millia unius mensis spatio, per baptismum expiasset; ad Insulam Manariam alium expedivisset. Sacerdotem, qui potentibus baptismum satisficeret; paulò post autem menses*

3. p

tos ex recentibus Christianis, odio fidei interfertos esse à Rege Japhanatapaniz; in insula Ceilano Principem, regni heredem à Rege interfatum esse, quod Christiana Sacra suscepisset; in regno Macazariensi tres Dynastas cum subditis suis ad Christum accessisse. Denique affirmat, sperare se: quod hoc anno ad centum millia Indorum, Christo sit lucraturus. *Epist. veterum, lib. i. epist. 8.*

4. Insignem erga Missionarios nostros tesseram edidit hoc die Imperator Sinensis Cainhi, anno 1700. quando rogatus à P. Joanne Gerbillon Gallo, ut facultatem & subsidium gratiosum conferret pro ædificanda nova Ecclesia, quæ esset futura tertia Pekini, & cessura in usum Patrum Missionariorum Gallorum: facile annuit; sed convocatos Patres omnes Pekini residentes, graviter monuit; ut cum essent filii Religionis unius, simultates omnes, ex spiritu nationali ortas deponerent. Promisit deinde munificentiam suam ad erigendam novam Ecclesiam, sed quæ

quæ non Gallorum duntaxat, aut Italorum, aut Lusitanorum esset, sed omnium è Societate JEsu. Addidit: se nostros numerare in suis, & se disposituram de ipsis & rebus ipsorum, & prout viderit magis expedire ad obsequium suum, & commodum. Gratias humiles egerunt Patres, inclinato novies capite, lœtique discesserunt. *Ex literis P. Kiliani Stumpf, 1790. s. Febr. Pekinâ datis.*

Eodem die obierunt.

4. Romæ anno 1597. P. Stephanus Tuccius, affligendi sui, & dolores tolerandi studiō stupendus. Somnum per brevem super nudo assere capiebat; nec vestes unquam depositit, nisi cum flagris in corpus sæviendum esset. Voluntariis tormentis accessit enata illi in cervice natta, quæ in molem capitis intumuit, atque nervos, fauces & os ita contraxit: ut famam non aliter, quam ardore calidi panis & coctarum carnium, solari posset. Premebat tamen dolores mirando silentio, optabatque his multò majora, & ipsa Purgatorii tormenta æternū pati

pati amore JESU. Audita ejus morte,
Clemens VIII. Pontifex Maximus dixit:
Ergo demum mortuus est Sanctus?

5. Hispali in Hispania, anno 1600.
P. Hieronymus de Zara, Hispanus, virtutum religiosarum splendore illustris,
maxime autem insigni humilitate & pa-
tientia, in docenda per annos triginta sex
Grammatica, ad percipiendum in cœlo
minerval promissum abiit.

6. Neapoli anno 1644. P. Bernar-
dus de Ponte: cuius operantis ad aram
facies, & alias totum corpus, visum est
cœlesti splendore circumfusum, atque à
terra sublime. Lauretum cum pedes
iret, & oppidò fessus in antro quodam
paulisper quisceret, adfuit illi Dei-para
Virgo, & ad sudorem abstergendum,
byssum porrexit.

7. In Mindanao Insula, anno 1621.
Heroa morte in odium fidei cecidit P.
Joannes del Campo, Hispanus, eximia
dicendi facultate, actuosâ industriâ, a-
mabili consuetudine, multisque anima-
rum lucris præstans. Templi fabricæ
intentum, telis lanceisque barbari con-
fecere.

incipit. Ita huiusmodi quicunque
XXVIII. JANUARII.
PAulus V. Pontifex Maximus, an-
 nō 1621, munere Papali & virâ
 defunctus, gratissimam suam memori-
 riā reliquit Societati cum ob nos
 yam Instituti & Privilegiorum Socie-
 tatis Confirmationem, Constitutio-
 num Gregorij XIII. & XIV. atque
 Decretorum quorundam Societatis
 cōcepta perturbatōes, approbatio-
 nem per Constituti *Quantum Religio
 Societas*, &c. anno 1606. editam;
 tum ob Controversias de Auxiliis
 Gratiæ Divinæ, inter Societatem, &
 Sacram Prædicatorum Ordinem
 cōpositas, permisâ uiriique parti
 Sententiâ suâ, concessaque Doctrinæ
 R. Ludovici Molinæ, plena indemni-
 tate. Fuit quidem ea exemplorum
 quorundam præsumptio: ut non sint
 veriti configere & vulgate quan-
 dam ejusdem Pauli Vni Constitutio-
 nem, seu Decretum, qib doctrina
 Molinæ & Societatis damnatur, &
 configitur: sed dextra imposturâ,
 declaravit Ilanoensis. Non nullam
 omni-

omnino. hujusmodi Constitutioni
esse fidem adhibendam; neque eam
ab alterutra parte, seu à quocunque
alio allegari posse, vel debere. Con-
stitutionem recitat *Eustherius in Pro-
fes. hist. de Auxil pag. 52.*

2. S. Xaverius anno 1545 ex In-
dia epistolam dedit ad S. Ignatium,
petendo: ut plutes operas expediatur
in Indianam; etiam si scientiis minis
valeant, modò sint animo resoluti
ad labores & pericula ferenda. Non
nunquam enim, inquit, Dei benefi-
cio, ejusdem causâ, capit is discrimen
est subeundum, quod salva charitate
vitari non potest. Sed meminisse
debent, nos natos esse mortales: ni-
hil autem optabilius Christiano,
quam mortem oppetere pro Christo,
&c. Epist. vob. lib. 1. epist. 10.

Eadem die obierunt.

3. Nancii in Lotharingia, an. 1543.
P. Joannes Bonetus, mortem optavit,
qualem optavit. Per annos 25. quot
hebdomadis, quantum per Ecclesiaz leges
licebat, unum de Virgine Dei para sa-

crum

erū faciebat in eū finem ; ut Sacramentis
ritè munitus, & nemini gravis morere-
tur ; in quem finem etiam pluribus ante
mortem annis , quotidie unam coram
SS. Eucharistia Sacramento horam ora-
tioni impendebat. Utrumque cunulate
impertravit. Nam sacris operatus, & su-
bita ægritudine correptus , iterumque e-
pulo Divino refectus , intrà octo horas
vivere desiit ; vir semper sibi similis , nec
unquam aut lætitia efferti , aut mœrore
dejici visus.

4. In Naxo , maris Mediterranei insu-
la , anno 1651 . mense Januario , sed in-
certo die , heroicam animam Charitati
litavit P. Franciscus Albertus , Gallus , vir
insignis literaturæ , virtutisque , & Orien-
talium linguarum apprimè peritus .
Cùm enim epidemico malo afflatæ fœ-
minæ Græcus Sacerdos opem ferre recu-
saret : P. Franciscus intrepidus adiit æ-
gram , morientem Christianis sacris mu-
nivit , & in charitatis præmium pretiosam
retulit mortem . Moribundum cœlestis
lux horæ unius spatio circumfulsit : cor-
pus exanime suavissimum sparsit odo-
rem , animæ cœlestis tessera .

XXIX. JANUARII.

I.

S. Indiarum Apostolus Xaverius ad S. Ignatium Cocinô dedit literas, anno 1552. Inscriptio est: *Meo in Christo Sancto Patri Ignatio.* Orditur epistolam sic: Verissimè Pater mi, accepi modò Malacæ, huc appellens è Japonia, literas tuæ sanctæ Charitatis: quæ quoniam de vita & valetudine tam chari & venerabilis mihi capit is, quod optabam, docuerunt: scit Deus Dominus noster, quanta animum meum voluptate compleverint. Multas equidem in iis jucundè legi, suavitatem spirantes tuam, pietatémque sententias, quas in identidem, fructu animi mei præcipuo retracto, mente versans, & quodammodo regusto, præsertim autem illa extrema verba, quibus velut charitatis quodam sigillo, epistolam obsignâsti: *Totus tuus, adeò, ut nullo unquam tempore oblivisci tui possim, Ignatius.* Quæ ego, ut illic cum dulcissimis lacrymis legi, ita & flens

& flens hic adscribo, &c. Epist. vet.
lib. 5. epist. 17.

2. Aliam eodem die & anno dedit idem Sanctus epistolam ad Societatem Europæam, qua prolixè agit de Japonia, & moribus ritibusque Japonum (quos in fine epistolæ *dictias suas* appellat) atque de laboribus suis & eorum fructu in illis terris, in quibus primus ipse Evangelium prædicavit. Quamvis verò totus in Japonum salutem effusus esset: postquam tamen didicit, Japones à Sinensibus accepisse Deos & sacra sua, & ab ipsis met Japonibus amandaretur ad Sinas, ut primum ipsis persuaderet Evangelium suum: ingentes concepit animos eam gentem adeundi, nec prius id conari, quam vivere desiit. Epist. lib. 4. epist. 1.

3. In China anno 1700. iterum vocati ad Imperatorem Socii omnes Pekini residentes, cùm ad palatium accurrisserent; Imperator singuliter dono dedit duo volumina panni serici, & argenti uncias 50. Negavit

vit P. Rector, se tantam suæ Majestatis munificentiam paucos ante dies expertos, posse manum extendere ad nova munera. Quod libenter audivit ille, iussit tamen oblata acceptare. Gratiis amplissimis actis, rogavit P. Rector: ut liceret hæc dona regia novæ Ecclesiæ fabricæ dedicare. Afsensit pronissimus Imperator, ostenditque id sibi fore gratissimum. *Ex literis P. Kiliani Stumpf Annô 1700. Pekinô datis.*

Eodem die obierunt.

4. Bivonæ in Sicilia, annô 1619. P. Salvator Susa, egregius sui victor. Plenus morborum quamvis esset, nihil tamen peculiare, quo foveretur, admisit. Ut se pervinceret, exemplo S. Xaverii, fœdam saniem, ex ulcere hominis cancrō laborantis, generosè exsuxit; et grumque insigni hac sui victoriâ pernavit.

5. Ingolstadtii in Germania, annô 1625. pro gloriosorum laborum præmio migravit P. Jacobus Gretserus, Germanus, fortissimus pro fide Catholica Athle-

Athleta, hæretorum Domitor & Mal-leus, quos mirâ diligentia & constantia per omnem vitam acerrimè insectatus est plurimis & eruditissimis scriptis, Alegambe in Bibliotheca Societatis recenset ejus duodecim supra centum, partim Tomos, partim libros, & opuscula edita in varia materia, præfertim contra heterodoxos. Scribendis tot libris, ac insuper instruendis assidue per pagos studibus, satè suppeditabat illi temporis: quia nihil illius perdidit, verborum ac somni parcissimus. Singularem viri eruditionem par ornabat humilitas; quæ repulit cives suos, optantes ejus effigiem, quam in curia sua reservarent, ad posteriorum venerationem. At Gretserus non sine stomacho reposuit: tum de-
mum illos suam habituros imaginem, si pictum in tabula asinum haberent.

6. In Mindanao, Insulâ Philippinâ, anno 1648. cruenta morte sublatus est P. Franciscus Paliola, Italus; in odium fidei gladiis lanceisque confixus à barbaris, concitatis à quodam apostata, quem fidei & Ecclesiæ restituere nitebatur. Fidei odium etiam in sacram suppellesti-

iem, barbaros coacitavit, ligneamque
Christi Crucifixi effigiem columpæ albi-
gatam, fustibus dirè cæciderunt; prodi-
deruntque: quæ esset furoris sui causa.

XXXII. JANUARII.

1. Clemens VIII. antea Hippoly-
tus Aldobrandinus, Florenti-
nus, creatus est Pontifex, anno 1592.
Visus est quibusdam minis affectus
Societati, immo prosperis ejus progres-
sibus adversari. Quæ fama cum ad
ipsum delata esset, ingentianimi sen-
su erupit in hac verba: *Qui dixerit,*
me aduersari Societati JESU, mentitur
plane: semper enim existimavi, Societar-
tem JESU esse brachium dextrum Eccle-
siae. Inscriptur Christophorus Aven-
danno Carmelita, Tom. de Sanctis,
Serm. de S. Ignatio & Xaverio, Dis.
3. Et Suar. Tom. 4. de Relig. lib. I.
cap. 7. Repetiit hoc elogium idem
Clemens Pontifex Maximus, quan-
do anno 1600. Patribus ex universa
Societate congregatis, pedibusque
suis affusis, contestatus est: *Ama So-*
cietatem, atque unicè charam babebam-
que

que dextrum Ecclesiae brachium merito profiteor & profitebor. Imag. I. Sæc. Soc. lib. 5. cap. 9. Eundem affectum testatus est re ipsa: quando missis ad Sigismundum Bathoreum, Transylvaniz Principem Legatis, strenue institit: ut Societas, quam hæreticos proscripterant, reciparetur iterum in Transylvaniam. *Ibid.*

Eodem die obierunt.

2. Madriti in Hispania, anno 1573. P. Antonius Araofius, S. P. N. Ignatius non minus virtute, quam sanguine junctus, magni Nominis in Societate Provincialis, Commissarius, & Assistens, ac Ecclesiastes. Cum ad populum diceret, Angelus dicebatur; ad moribundos juvandos singulari gratiâ & industriâ valuit. A Philippo II. Rege Hisp. aulâque tota avidissimè audiebatur. Notatus est subinde quatuordecim horas per diem, noctemque orationi dedisse.

3. Avenione in Gallia, anno 1633. P. Joannes Pujolus Gallus, celebris tyronum Societatis Magister. Eorum unum, Sebastianum Davin, ut in obedientia cæ-

ea exercebat, jussit : ut jacentem in horto
siccum ramum tamdiu irrigaret, dum vi-
ridantibus foliis effloresceret. Paruit
Sebastianus, & Deus incrementum dedit,
ramo illo, tandem germinante, atque in
ignotæ indolis arborem excrescente ;
quæ diu superstes, *Arbor obedientiae* vo-
cabatur, donec fabricæ locum ut daret,
excisa est, digna, quæ in omnium religio-
rum non tam hortis, quam cordibus
reflorescat.

4. Manchestræ in Anglia, anno
1645. P. Richardus Bradlæus, Anglus,
operarius navissimus, carceris, in quem
fidei causâ conjectus fuerat, strumis
confectus, in libertatem triumphantum
Filiorum DEI assertus est.

5. Corcagiaæ in Hibernia, anno 1580
eandem ob causam P. Edmundus Do-
natus, Hibernus, post graves carceris
strumnas & cruciatus, quod Reginam ag-
nosceret nolle caput Ecclesiæ strangula-
tus, & mox excarnificatus, è patibulo
profiliit in cœlum, à capite omnis Eccle-
siæ Christæ coronandus.

XXXI. JANUARII.

I. **A** Nnō 1706. felicissimis auspi-
ciis electus est in Præpositum
Generalem Societatis P. Michaël
Angelus Tamburinus, etiam ante
obitum P. Thyrſi Vicarius Genera-
lis, qui in Congregatione XIV. Ge-
nerali munere Secretarii laudatissimè
functus fuerat. Continuet illi favens
cœlum regimen, addatque grandia
meritorum incrementa.

2. Paulus V. Pontifex Maximus
dispensationem in duobus votis sim-
plicibus, de Paupertate non relaxan-
da, & non ambienda vel admittenda
dignitate extra Societatem, quæ Pro-
feſi emittunt, reservavit Papæ, annō
1618. per Breve incip. *Ex incumben-
ti. quod ampliavit Urbanus VIII. ut
sup. 25. Januarii.*

3. In India annō 1559. Societas
Damani novam Sedem accepit. Op-
pugnaturus eam urbem Prorex Indiæ
Constantinus, inter alios Religioſos
comitari classem voluit P. Consal-
vum Silveriam, Indiæ tunc Provin-

ciale. Præsidiarii barbari cùm exponi viderent copias Lusitanas, non expectantes congressum diffuge-
 runt. Occupata finè prælio urbe, Consalvus recta ad fanum Mahome-
 tanum tetendit, illudque, potestate à Pontifice accepta, expiavit, & Sacri-
 ficium victori DEO finè mora obtu-
 lit; cùm præter ipsum nemo aliorum
 sacerdotum esset jejonus. Quo fa-
 ctum, ut Prorex Societati ædem illam
 adjudicaret, tanquam primò occu-
 patam à Provinciali Silveria. Is, ut
 eam Sedem in Collegium paulò pòst
 evasuram ornaret, munirétque, è dua-
 bus thecis reliquiariis S. Xaverii, quæ
 apud ipsum erant, alteram Dama-
 nensibus Sociis obtulit, alteram Co-
 cinensi Collegio dono misit. In hac
 ænea theca, reverenter aperta, reper-
 tum est aliud nihil, præter exiguae S.
 Thomæ Apostoli reliquias, formu-
 lam Professionis votorum solemnni-
 tati, & Nomen S. Ignatii in scheda
 epistola quadam S. Patris rese-
 crata. Hic fuit Magni Indiarum
 Apostoli Thesaurus. *Sacchin. part.*

2. Hist. Societatis Lib. 3. Num. 111.
§ 120.

Eodem die obierunt.

4. Romæ, anno 1615. P. Claudius Aquaviva, Quintus Societatis Præpositus Generalis, difficillimis temporibus illi tuendæ, propagandæ, & saluberrimis instructionibus atque epistolis dirigendæ, à DEO & DEI-para datus. Rexit Societatem annis 34. inter plurimas, gravissimásque ejusdem impetiones, semper animo infractus, & prudentia stupendus. Noctu orantem solatus est aliquando Christus: *Noli timere, quia ego tecum sum.* Archi-Episcopatum Neapolitanum à Clemente VIII. sibi ingestum, constanter repudiavit. S. Philippus Nerius testatus est, à se visum multo lumine perfusum cœlitus; alii inter precandum, sublimem in aëre per semihoram conspexerè. Accepto per Cardinalem Bellarminum imminentis mortis nuncio, Ambrosianum illud reposuit: *Mori non timeo, nec vivere crubesco; quia bonum Dominum habemus.* Defuncti funus incredibili dynastarum, re-

ligiosorum , populique concursu cele-
bratum est.

5. **Gadibus in Hispania**, anno 1649. magnam animam in obsequio pestifero-
rum posuit P. Sancius de Mendoza , Hi-
spanus , generis claritudine , humilitatis
studiô; qua multis annis in tradenda pue-
ris Grammatica labonavit , missionibus
institutis , & heroica charitate memora-
bilis.

6. **Eadem pretiosa morte Leodii oc-
cubuit anno 1643.** Edmundus Renart ,
Coadjutor, Belga , qui vices caput su-
um devovit obsequio peste tactorum ,
vices victor evasit, donec tandem ci-
dem malo gloriosè succubuit.

7. **Græcii in Styria** , anno 1651. P.
Franciscus Amicus , Italus , pro laureola
cœlesti capienda evolavit ; quam editis
novem eruditis Toinis Theologicis , me-
ruisse visus est. Vir , quam eruditus &
ingeniosus , tam candidus & simplex ;
qui præter Deum & literarum studia ,
ignorare cœtera omnia videbatur. *Sotuel.*
in Biblioth. Soc.

8. **Monasterii in Germania** , anno
1668. P. Hermannus Busenbaum , Ger-
ma.

manus. Post operam diligentem posita-
tam in docendis scholis Humanioribus,
Philosophiâ, & Theologiâ tam Schola-
sticâ, quam Morati, in arbitrum consci-
entiz datus Celsissime Principi & Epi-
scopo Monasteriensi, egregiis virtutum
ornamentis aulam illustravit: nec mino-
re exemplo fructuque Collegia guber-
navit, Hildesiense, & bis Monasteriense.
Sed nihil tam celebre in toto orbe.
literario, ac edita in lucem *Medulla Theo-
logiae Moralis*, quam exigua mole, tam
grandis eruditione morali: quam vix
alius quispiam tam feliciter in tantillum
compendium coëgit. Libri hujus pre-
mium nihil tam disertè testari potest, ac
sæpius in variis regionibus frequenta-
ta ejusdem reimpressio. Sotuellus in
Bibl. Soc. affirmat, jam tunc quinquies
& quadragesies è prælo produisse.



I. FEBRUARII.

ANNO 1549. facta est prima ex-
peditio Societatis in Brasiliam,
ad

ad gentem immaniter barbaram , & carnibus humanis assuetam. Iverunt cum Emmanuele Nobrega Socii 5. ad labores Apostolicos & mortem cruentam paratissimi. Cùm , Rege Joanne mandante, urbs nova, Salvatoris dicta, conderetur : Nostri pro excitando templo Dei-paræ Virgini Adjutrici, suis humeris aquam, ligna, cæteramque materiam comportârunt, exalceati & seminudi, nondum ulla in eorum victum , & amictum à Rege decretâ pecuniâ, adeoque victum sàpè ostiatim corrogantes. Non tamen propterea negligebant Lusitanis & barbaris spiritualem impendere operam doctrinâ & Sacramentorum administratione. Cùm è Lusitania Sacerdos appulisset idoneus , qui Parochi munere fungetur, tam operosè constructam ædem sacram illi consignârunt; ipsi extra urbem inter barbarorum tuguria sedem sibi delegerunt, non sinè magno apertóque vitæ discrimine ; totique incubuerunt in cicurandos barbaros. Qui antequam baptismi fierent

rent capaces, infantes moribundos venabantur, quorum magnam copiam lustralibus aquis tinctam ad cœlum expediverunt, pro parentibus futuros oratores. *Orland. hist. Soc. lib. 9. n. 85. &c seqq.*

2. Gregorius XIII. Pontifex Maximus Societatis Institutum, Privilegia & Constitutiones confirmavit, declaravitque: Vota simplicia post biennium Tyrocinii emissâ, veros facere Religiosos. Constitut. *Quanto fructuosius;* anno 1582. Pontificatus sui undecimo. *Bullar. Soc.*

3. S. Franciscus Borgia, tum adhuc Dux Gandiae, emisit vota Societatis è formula, quæ servatur in Archivo Romano. *Nadasi in Indice Mem.*

4. Cracoviæ in Polonia, anno 1583. operâ Stephani Regis, Roberti Bologneti Nuncii Apostolici, & nostri Antonii Possevini, tandem obtenta est à Societate certa, eaque duplex Sédes. Pro domo Professa concessum illi est hoc die, probante Pontifice, templum S. Barbaræ: pro domo Probationis templum S. Stephani,

ni, cedente, imò offerente Thoma Plaza Parocho. Academicī, quam multūm reluctati, Possevini dexteritate mitigati, tandem etiam in Collegium consenserunt. *Sacch. hist. Soe. p. 5. l. 3. n. 60. &c seqq.*

5. In Aegypto Missionarii nostri à Pontifice expediti, Joannes Baptista Elianus, & Franciscus Saxus, anno 1584. iterum disceptarunt cum Patriarcha & Episcopis Cophtorum, qui sunt Christiani Aegyptii, sed Diocori & Eutychetis erroribus depravati. È tandem illos deduxerunt : ut faterentur, Christum esse verum Deum & Hominem, duásque in ipso esse naturas, Divinam & Humanam. Sed mox totum dissipatum est negotium, fugiente clàm Patriarcha in solitudinem. *Sacch. ibid. part. 5. lib. 4. n. 45.*

Eodem die obierunt.

6. In India Occidentali apud Cirupas, anno 1632. P. Julius Pasqualis, Italus, & P. Emmanuel Martinez, Lusitanus ; sagittis venenatis in odium fidei à bar.

barbaris confixi: quòd ipsos lege Christiana à brutalibus arcerent voluptatibus. Uterque multa virtute religiosa ad honorem Martyrii se disposuerat: P. Julianum, etiam in vita, quædam miraculi speciem habentia commendarunt.

7. Londini in Anglia, anno 1645. P. Henricus Mors, Anglus, post carceris ærumnas triennales, & iteratas ex Anglia ejectiones, cùm nihilominus pro Apostolicis laboribus, & morte pro fide operata rediisset: tandem voti reus, comprehensus, suspensus, & sectus est. Accepto mortis nuncio, exultans in DEO salutari suo, exclamavit: *Veni, mi Jesus dulcissime, ut devinctus tibi, à te nulla eternitate aveller!* *Venite vincula, crates, tormenta, laniena mortis, venite!* *Jesus amore placetis.* Ita mors mortem lacescivit, & superavit.

8. In America, anno 1619. Petrus de Vega, Coadjutor, Hispanus, qui, ut Societati esset utilior, Sexagenarius artem futoriam didicit, & navissimè exercuit. Postquam prædixisset; se non nisi extremo vitæ die decubiturum; pro stipendio laborum abiit, prout prædixerat.

9. Vil-

9. Villaregii in Hispania, anno 1606
 P. Joannes Ponce, Hispanus, Ducis de
 Arcos filius, sed à splendore generis sui
 tam alienus: ut illius mentionem facere
 nunquam sit auditus. Unde & illa
 Regii Vatis verba, quæ etiam ferè extre-
 ma ipsi fuerunt, identidem regustabat:
*Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis,
 quam habitare in tabernaculis peccato-
 rum. Ægros tractabat tenerimo affectu,
 & exquisita accuratione, cibosque illis
 ipse coquebat. Mortem suam, quam
 prædixerat, eo expectabat apparatu: ut
 Religiosus quidam, qui intererat, Abbas,
 diceret: nihil simile se unquam vidisse;
 prolixumque indè in concione funebri
 habuerit dicendi argumentum.*

II. FEBRUARII.

I. Anno 1621. Ostrogii in Polo-
 nia, ope Dei-paræ Virginis, &
 S. Ignatii à dæmone liberata est no-
 bilis fæmina hæretica: unde tantum
 accessit gloriæ religioni Catholice;
 quantum dedecoris sectæ Calvinia-
 næ. Cùm ministri ejus sectæ nihil
 auderent tentare, Societatis Patribus
 eam

eam committendam duxerunt. Rector Rector Collegii, quæsivit primum: an apud ipsos iadubitatam esset, fæminam à dæmon obfessam esse? Affirmantibus illis communī assensu; quod linguis variis, quas nunquam didicerat, loqueretur, occulta & valde remota panderet, &c. instituit Rector, ut ipsi primum Evangelium suum super ipsam recitarent, deinde Ruthenorum Schismatistarum opem implorarent, denique si neutri proficerent, ad se recurrerent. Sed cùm conditio non admitteretur, & preces cumularentur, voluit Rector adferri Institutionum Calvini libros, & fæminæ applicari: quos illa summa aviditate excipiebat, amplectebatur, & osculis lambebat. At ubi Rector clām iecundulam aliquam S. Ignatii libro inseruit, & fæminæ restituit: vociferari illa, ululare, & apertè fateri, non posse à se tolerari insertam imaginem. Post cumulatas preces, jejunia, & exorcismos, jesus dæmon profari, à quo pellendus esset: Dei param Virginem

nem & S. Ignatium contemptim no-
minavit. Ergo ipso solemini festo
Purificationis Marianæ, in templo
Societatis, ad aram Dei-paræ & S.
Ignatii, coram ingenti hominum
multitudine (heretici clàm id fieri
flagitabant) exorcismi fortius vi-
brantur, Dei-para & S. Ignatius ar-
dentiùs invocantur: ac tandem im-
purus hospes hospitio exturbatur,
Fæmina solo allisa, cùm animos re-
sumpsisset, ejurato Calvino Catholi-
cis accessit. *Bartoli in vita S. Ignatii*
lib. 4. n. 21.

Eodem die obierunt.

2. Limæ in America Peruana, anno
1577. P. Joannes de Zuniga, inter dul-
ces, quos occinebat, hymnos, defunctus.
Etiam in ætate non proœcta, tam matu-
ræ solidæque virtutis erat: ut necdum
Sacerdos, Limano Collegio præfuerit
Rector. Eguit tamen ipse moderatore;
nè in corpus suum, licet Virginitatis ho-
nore conspicuum, aequo inclementius
sæviret. In suprema ægritudine, per dies
40, quibus æger decubuit, per omnia
urbis

turbis cœnobia pro eo in vita retinendo ; variis quâ precibus, quâ corporis afflictionibus, fuit supplicatum non sinè tristu. Mœstum de valetudine aliquantum recreata, & morte dilata, invisi Dei para Virgo , promisitque proximo sibi festo die migraturum : & migravit.

3. In missione Guincensi valde ardua, anno 1612. Apostolicis laboribus fractus P. Balthasar Bareira, Lusitanus, quievit in Domino eadem die, qua anno 1583. illustris victorizæ auctor fuit Lusitanis. In hoc viro Apostolico placuit Domino renovare exemplum Moysis , oratione profligantis Annalectas. Cum enim Paulus Diaz , à P. Balthasare animatus, cum 300. tantum Lusitanis, paucis vero Æthiopum auxiliaribus manipulis, movisset contra duodecies centena Angolanorum millia ; fineunte acerrimo prælio, Pater in tabernaculum se abdidit, & manibus mentisque in cœlum sublatis, pro pugnantibus ardenter orabat : factumque est , ut ipso animum in oratione vel intendente, vel remittente, eadem esset prælii facies, nunc prævalentibus, nunc cedentibus Lusitanis. Philip-

pus

pus II. Rex accitum in Hispaniam P. Balthasarem, multo honore & gratiis variis, pro illarum gentium salute, cumulavit.

4. Romæ anno 1652. P. Hieronymus Ansaldus, Sardus, piè decepsit; monitus aliquando à DEI-para Virgine, ut nè tam parcus esset, ac verecundus in petendo; sed fidentior deinceps plura postularet. Inter sacrificandum visus elevari, & nube lucida circumdari, Christo cor suum aperto P. Hieronymi pectori inferente.

5. Valentia in Hispania, anno 1658. cursum suum feliciter consummavit P. Hieronymus Lopez, indefessus & planè Apostolicus per universam Hispaniam, atque Insulas Majoricam, & Yuicain, Missionarius; quas incredibili zelo & fructu percursabat, Jubilæi gratiam secum circumferens, & ubique generalium Confessionum, & solennissimi actus contritionis author; cooperante Domino signis & prodigiis, usque ad mortui cuiusdam suscitationem. Multa & imitanda & admiranda exhibet typis edita. ejus vita.

III. FEBRUARII.

I. Post partam heri à Lusitanis gloriōsissimam & prodigiosam victoriam de barbaris Angolanis, seu Ambundiis, postero & sequentibus aliquot diebus conspecta est in cœlo Crux ingens & lucidissima, terris Angolanorum imminens: sive ut pateret barbaris, quâ virtute prostrati essent; sive ut omen acciperent fidei Christianæ felicius ibi propagandæ. Christiani, authore P. Barreira, decreverunt quot annis, recurrente die Purificatæ DEI-paræ, triumphalem illam pugnam gratâ memoriâ recolere. Philippus verò II. Rex Hispan. & Lusitan. edicto mandavit Prætori suo & Præfectis in terris illis: ut nihil notabilis momenti susciperent agendum, nisi consulto Barreira, tanquam Viro spiritu DEI pleno. *Sacchin. p. 5. lib. 3. n. 166. &c seqq.*

2. In Germania cùm hesterno die, anno 1561. Trevirense Collegium DEI-param Virginem delegisset studiorum suorum Præsidem ac Patronam:

nam : ipsius auspiciis hodie datum est illis initium insigni celebritate, in frequenti nobilitatis , & Magistraturam corona , prouidentibus compta oratione Professoribus. Præsens erat Everardus Mercurianus tunc Provincialis, cui placuit, omnium scholarum, etiam Theologix , lectio-nes simul inchoari, ad majorem Collegio conciliandam authoritatem : quod permisit in corpus Academiæ cooptari, salvis tamen legibus Socie-tatis. *Idem p. 2. l. 5. n. 127.*

Eodem die obierunt.

3. In Florida , Americana regione , anno 1571. insignes pro fide victimæ , P. Ludovicus Quiros cum Joanne Baptista Mendez , & Gabriele Solis novitiis ; sagittis perempti à quodam Caciquio Lu-dovico apostata, qui in Hispania simula-tè baptismum susceperebat , quem P. Lu-dovicus operosè ad Ecclesiam reducere laborabat.

4. Ferrariæ in Italia anno 1607. Jo-anne Petrus Davitia , Coadjutor , jeju-niis aliisque macerationibus exefas cor-poris

poris exuvias posuit, laborandi & orandi studio eximius. Horam, quæ recreacionis est à mensa , cùm bona Superiorum gratia , ad SS. Sacramenti aram supplex transigebat , ejusdémque ter in hebdomadani sumendi copiam habebat ; numquam accessit ad focum , vel culcitram , aut linteamina pro somno admisit , nec nisi uno cibi genere vescebat.

5. Novellariæ in Italia , annō 1620. Josephus Braccus , Italus , Coadjutor Temporalis. Indifferentiam ad quævis munia & obsequia quotidie petebat à Deo , dicebátque : *Sinè illa Religionis Paradisum esse Infernum.* Addebat : DEI vocem in superioribus agnoscendam ; eamque per Officiales inferiores ad nos descendere tanquam per fistulas lignreas ; per Rectores tanquam per argenteas ; per Provinciales tanquam per fistulas aureas ; per Generalem tanquam per auream , gemmis distinctam. Omnes morbi supremi dolores animabus Purgatorii donavit , lætusque sustinuit , quidquid sentiebat ab igne sacro , quo tota illi pellis per omne corpus exuta est.

IV. FEBRUARII.

I. S. Indiarum Apostolus Xaverius,
 . S. anno 1552. literis datis ad P.
 Paulum (forte Camerem). manda-
 vit : ut cum P. Michaële de Morales
 accederet Illustrissimum Episcopum,
 eique traderet præfatum P. Michaële,
 tanquam religiosis votis à se ab-
 solutum, & ratione Ordinis Sacerdo-
 talis Episcopo jam plenè subiectum.
 Franciscum Gonzalez etiam jussit, si-
 bi res habere suas, voluitque : ut
 cum dimissis nostri nullam haberent
 communicationem, etiam per collo-
 quia. Adolescentem Thomam
 Gonzalez, admissionem ad Societa-
 tem, expetentem, amandavit ad no-
 socomium, ut ibi agroris serviret,
 usque ad adventum suum. *Epist. no-
 varum lib. 5.*

2. In India Orientali cùm ineun-
 te anno 1560. P. Consalvus Silveria
 navigationem ad Cafres, immanem
 & perfidam Africæ gentem, insti-
 tuisset : hoc die feliciter Mozambi-
 cum, Africæ regionem, tenuit. Quo
 erat

erat Apostolico spiritu , nauticam turbam; & varie conditionis homines, qui eadem vehebantur navi, ita ad pietatem instruxit : ut navis illa religiosi cœnobii formam præ se ferret. Non fœda vel impia dicta, non jurgia audiebantur. Diem auspiciabantur & claudebant omnes, decanatus Cœlitum Litaniis. Manè de gradibus Perfectionum DEI-paræ , quos tredecim numerabat, se monem instituebat Consalvus, jucundè dicens : quod sicut Gubernator navis continuò intentus esset in Cynosuram, & ejus gradus; ita sibi; & cuivis pio, diligenter observandos esse gradus Excellentiarum DEI-paræ , tanquam suæ Cynosuræ , seu Stellæ aërioris poli. Deinde miscerantur pia colloquia , tradebatur doctrina Christiana, ministrabatur infirmis; nec quidquam omittebatur, unde aliquid spiritualis lucelli capi posset.

Sacchin. part. 2. bish. Soc. lib. 2. 10.

Eodem die obierunt.

¶ 3. Ezza, in Hispania, anno 1638,

P. Augustinus de Espinosa. Tandem mors finepm illi fecit tormentorum, quibus corpus suum dire, ingeniosè ac irremissibiliter cruciabat. Secularis altioris perfectionis studiosos perscitè tractabat, suadebatque imprimis diligentem & constantem piorum librorum lectio-
nem, eoque medio integras familias ad egregiam virtutem deducebat. Defun-
cti etiam illius operā non raro uteban-
tur; inter quos externus quidam ipsi ante mortem confessus, & ante dies aliquot sepultus, cum media nocte in cubi-
culo convenit, atque ex Collegio eduxit
(consilio Rectorē) in domum suam;
ubi P. Augustino chartam dedit, cum
nominibus creditorum, quibus in vita
non satisfecerat; tantumque auri addi-
dit, quantum necesse erat, rogans Patrem:
ut debita omnia extingueret, residuum
in alia pia opera converteret. Post 8.
dies rediit defunctus, & pro rebus fideliter
expeditis gratias egit. Cum oculos
haberet ægerrimos P. Augustinus, affir-
marētque Medicus fore, ut oculorum u-
sum planè perderet, si domo foras pro-
diret: jussus subinde per occasionem à
Super-

Superiore, negotii quidpiam extra Col-
legium confidere, dixit id, quod Medi-
cina affirmarat; adjecit tamen, se ire pa-
ratum, si porro ita vellet Superior. Hoc
persistente ià sententia, abiit ille, & ex-
cus domum rediit, vixitque triennio; ix-
tus tamen, quòd lucis & oculorum usum
ex occasione obedientiæ amisisset.

. . . 4. Anicii in Gallia, anno 1623. P.
Marcellinus Bonpar, Gallus, multa
magnaque virtute pretiosam mortem
meritus, eandem invenit inter milites
pestiferi luc laborantes, quorum ani-
mabus serviebat.

. . . 5. In Valkenfi Germaniæ Residentia,
anno 1646. P. Matthæus Cuberus, Ger-
manus. Cùm adhuc Adolescens gravi-
ter ægrotaret, per quietem ei DEI-para
Virgo apparuit, & Convalesces, inquiet-
bat, fili nper se multa bona Filius meus e-
parabitur. Societatem ingressus patrem
suum hereticum, & fratres germanos
tres, pagosque integras Ecclesiæ Christi
restituit vir zelosissimus, & omnino talis,
qualem futurum DEI-para prædixerat.

V. FEBRUARII.

Petrus Canisius, anno 1548.
 P. eximum heroicæ obedientie specimen dedit. Missurus in Siciliam S. P. Ignatius operarios è Societate, periclitari voluit Sociorum, qui Romæ degebant, resolutionem indifferentem ad quævis officia & loca. Scripto igitur proposuit illis, & scripto à singulis responderi sibi voluit post triduum per ardente orationem consulto Deo : 1. An omnino indifferentes essent, ad eundum in Siciliam, & manendum in Urba, vel ubicunque deum vellet Superior? 2. An, si eundum sit in Siciliam, parati essent ad tractanda sive literaria, sive servilia officia, ita : ut & docti vel lenti labore manum occupari; & indocti quavis docero scientias & artes liberales, quantum in ipsis esset? 3. Si docendum fuerit, an parati essent agere, vel discipulos sub quovis professore, & in arte quæcumque, vel magistros in quavis disciplina? 4. An, quidquid injungetur, habituri sint pro

pro meliore & convenientiore ad Deigloriam, sensum suum & voluntatem plenè subjiciendo & conformando judicio & voluntati Superioris. Ad has propositiones scripto respondit hac die P. Canisius: se omnino indifferentem esse ad mandatum Romæ, vel eundum in Siciliam, vel in Indiam, &c. Quod si in Siciliam eundum sit, paratum se esse ad quodvis officium, sive coqui, hor tulani, ostiarii, &c. sive professoris in quacunque disciplina, licet sibi ignota. Votum addidit: se nullam habiturum curam commoditatum suarum, & intellectum atque voluntatem suam plenè resignare Superiori suo. Tam liberali Canisii, & alio tum Sociorum omnium, resolutione mirata S. Pater, duodecim ex diversis nationibus expedivit in Siciliam, inter quos erat Canisius; cui Rhetorica Cathedra assignata est in Collegio Mamertino. Ad hanc promptissime se dimisit ille Canisius, quicum Coloniaz Agrippinæ disceret Theologiam, jam sacras Literas

maximo plausu explicabat in eadem Academia, universi Cleri nomine legatione fungebatur ad Cæsarem Carolum V. & contra Archi-Episcopum Colonensem Hermannum hæreticum gloriose decertabat : ille Canisius, qui in Concilio Tridentino Bononiam translato , jam dixerat doctissimè sententiam , & à summis Ecclesiæ Præfulibus ad maximè ardua adhibebatur negotia , &c. Sed his omnibus potior ei erat Obedientia. *Orland. hist. Soc. libr. 8. n. 8. &c seqq.*

Eodem die obierunt.

2. Nangasachi in Japonia, anno 1597 trias SS. Martyrum Japonum, Paulus Michi, Joannes de Goto, Jacobus Kysai. Crux illis currus triumphalis fuit, quem lanceis per latera adactis, tinxerunt purpura sanguinis. *Paulus*, è sorte Scholasticorum, nobile genus virtute, ac prædicandi zelo atque insigni facundia illustravit, quam & in carcere, & in ipsa cruce, miro ardore, nec sine fructu exercevit. *Joannes*, & ipse Scholasticis accensendus, floridus 19. annorum adolescens,

scens, Catechistam tunc agens, patri suo
præsenti, & filii Martyris cruore asperso,
precatoriam DEI-paræ Virginis corol-
lari, quâ usus fuerat, donavit. *Jacobus*
è classe Coadjutorum temporalium, jam
annis 64. meritisque gravis, incredibili
gestiit lætitia, quòd se Crucis Christi pa-
ticipem videret; solitus aliàs ejusdem Pa-
tientis historiam in libello secum gestare,
cámque quotidiè meditatè legere. Ho-
noravit Deus mortem servorum suorum
variis prodigiis; Urbanus VIII. Ponti-
fex **Maximus** authentica in Martyrum
catalogum relatione.

3. Punicale in India Orientali, anno
1552. P. Paulus Vallius, à S. Xaverio ut
in signi perfectione & virtute vir celebra-
tus. Cum pro concione diceret, à bar-
baris Badagis captus, atque diuturnâ ini-
ediâ, & carceris ærumnis extinctus est.

4. Burdigalæ in Gallia, anno 1662.
P. Joannes Martinon, Gallus, Theolo-
gus ingenio, eruditione atque virtute ex-
cellens. Theologiam Scholasticam uni-
versam Tomis 5. editis comprehendit,
& illustravit; diligens & accuratus in re-

G s ferem

ferendo, brevis pariterque clarus in exponendo, acutus & prudens in dissernendo. Fœtus ingenii sui, quamvis susciperentur ab aliis, tam etiam ab moderatè: ut, cùm laboriosa quæpiam lucubratio intercidisset, æquissimo animo tulerit jacturam, dixeritque: *Salva animæ salute, nihil esse, cuius detrimentum moveat hominem.* Sotuell. in Bibl. Soc.

VI. FEBRUARII.

PMatthæus Riccius anno 1600. feliciter reversus est Nanchinum regiam olim Sinarum urbem, populi frequentiâ & ædificiorum splendore, nulli vel in Europa, vel apud ipsos Sinas secundam; ex qua anno præterito turpiter ejectus fuerat. Cùm enim mœstus urbe excessisset, & curarum plenus in somnum incidisset: Salvator noster spectandum se illi exhibuit, ac ferè totidem verbis, sicut antè S. Ignatio, favorem protectionémque promisit: *Ego in utraque urbe regia (scilicet Nanchini & Pekini) tibi propitius ero. Non vanum fuisse somnium docuit eventus.*

Rever-

Reversus enim anno predicto Nanchinum, omnia alia invenit; Proceres & summos Magistratus tam proximos habuit in sua vota: ut non solum certatim, cum amplissimis munieribus hospitem inviserent, & ad eam urbem incolendam prolixè invitarent: sed etiam domicilium ultrð obtrudерent; nec erat, qui advenæ negotium faceſſeret, quem cernebarit omnes ſic honorari à summis. Ergo P. Matthæus ſecundis utendum ventis censuit, propitióque Deo ſedem Nanchini fixit, in magnum Societatis Seminarium evasuram. *Trigaut. de Expedit. in Sinas lib. 4. cap. 4.*
& lib. 3. cap. 10.

2. Rigæ in Livonia iterum tumultuatum est ab hæreticis annô 1586. contra nostros & Senatum. Arguebatur iste, quaſi Rectori Collegii scripto promiſſet Armamentarium civitatis Societati tradendum. Non defuit unus & alter testis, magis ſuspicionibus, quām probationibus instructus. Rector ergo Collegii Ruenus datur in custodiam, è qua,

postquam satis se purgavit, dimissus quidem est: sed postea turbis renovatis, Senatores duo torti & necati sunt; quod Collegium civitatis regi tradidissent, Jesuitis tradendum, & Cathedralem quoque Ecclesiam promisissent. *Sacch. p. 5. hist. Soc. lib. 6. n. 29. &c seqq.*

Eodem die obierunt.

3. Romæ anno 1612. P. Christophorus Clavius, Germanus, sæculi sui Euclides. Correctum Calendarium Ecclesiasticum, jussu Gregorii XIII. strenue vindicavit contra impugnatores: Quantus erminuit ingenio, eruditione, per 5. Mathematum Tomos sparsa: tantus virtute fuit Clavius, præsertim solida humilitate, quâ neminem unquam sibi, se omnibus semper postposuit. Non minorem oculorum suorum, quam majorum Cœli luminarium, curam habuit. Cum aliquando per patentem cubiculi fenestram prospiciens in plateam, fortè incidisset in fœminæ conspectum: fortuitum illum oculorum errorem tam severè castigavit: ut fenestrâ solidè observata,

ratâ , nunquam per omnem vitam præspectum in plateam sibi licere voluerit.

4. Punicale, in India Orientali , anno 1600. P. Henricus Henriquez , Lusitanus, plurimarum animarum piscatione dives, quas per annos 13. lucratus est in gemmifera illa regione, quam oram piscariam vocant. Apostoli Commorien-sium elogium decumanis laboribus me-ruit. Tam liquidis è cœlo voluptatibus diffuebat, quam duris in terra calamita-tibus premebatur. Sepulchrum ejus gloriosum fecerunt lampades & anathe-mata appensa pro beneficiis, per illum à Deo impetratis.

5. Flexiæ in Gallia , anno 1654. P. Joannes de la Chaussee , Gallus. Ad So-cietatem mirabile easu accitus fuit. Per licentiam antecineralium dierum cum undecim insignis nobilitatis Sociis per-sonatus , atque in choreas effusus, vidi tertiū decimum saltatorem repente cæteris unmissum. Corripuit omnes non levis paver, præfertim quando se-quenti die malus genius inter exorcismos Joannem indigitans, inclamavit: Cala-mistratus ille meus est ; meus est, n̄i caveat. Ego

Ego bēsternī timoris causa fui ; ego decimūm tertium saltatorem egi. Perculsius Joannes, ut sibi consuleret, ad Societatem se recepit, atque in ea aliam personam, imò Christum, induit, potissimum per heroicam patientiam.

VII. FEBRUARII.

I. **C**ongregatio IV. Generalis inchoata est anno 1581. à P. Oliverio Manareo, Vicario Generali, post obitum P. Everardi Mercuriani, indicta : in qua felicissimis auspiciis electus est in Præpositum Generalem P. Claudio Aquaviva, planè necef-
sarius temporibus illis. Ante Elec-
tionem turbatum est non leviter, ob
levissima quædam indicia ambitus,
quæ videbantur cadere in Vicarium
Generalem Oliverium Manareum.
Sed cum hæc non probarent, & ni-
hilominus Congregatio declarare-
vellet, quantopere id vitium abo-
minaretur ; decretum est : ut Olive-
rius Officium Vicarii retineret qui-
dem & exerceret, cum jure suffragil
activi ; suffragio tamen passivo care-
ret.

ret. Quo perlibenter ipso caruit,
 & jam antè ultrò illo cessit, ut turbatis
 rebus rediret serenum. Oliverium
 in medium progressum, sic locutum
 refert Sacchinus: *Multarum, Patres,*
conscius equidem mibi sum culparum,
propter quas non modò honore, sed nè
sancta quidem hac Societate, dignum me
agnosco, atque profitcor: ceterùm cuius
criminis reus agor, ab eo me abesse lon-
gissimè si testis est mihi conscientia mea, Et
qui inleuetur corda, vivosque ac mortuos,
judicaturus est, Christus IESUS; testes, ut
opinor, è vobis plurimi, qui me nostis. In-
famia tamen omni sum dignus multis no-
minibus; neque eam neque ullam pœnam
recuso aut deprecor, dummodo Societatis
dignitas Et tranquillitas salva sit. Agite
igitur, create Præpositum Generalem huic
oneri parem: Ego quidquid juris per leges
michi tanquam Professo debetur, eo omni,
pacis causâ, hoc ipso loco prudens, volens-
que quam optimaratione, cedo, abdicó quo
mè. Re tota paulò post ad Grego-
rium XIII. Pontificem delata, post-
quam omnia, quæ contra Oliverium
allata erant, scripto sibi tradita, dili-
gen-

genter examinavit, Claudio jam electo Generali accito, sic pronunciat: *Renuncia Congregationi, me causam hanc diligenter cognovisse, & scripta illa incendisse: Porro Oliverium mibi planè bonum virum videri; istos verò Patres (qui negotium faceſſiverant) ultra quādā Constitutiones permitterent, longè progressos.* Sic suus honor Oliverio restitutus, & deinceps honorifica munera Provincialis & Visitatoris in variis Provinciis demandata. *Sacchin. bift. Soc. p. 5. lib. 1. n. 16. & seq.*

Eodem die obierunt.

2. Punicale, in India Orientali, anno 1549. prima è Societate pro fide victimata P. Antonius Criminalis, Italus, à barbaris Badagis impulsu Brachmanum, non ferentium stragem Idolorum suorum, lanceis confixus incerto die; hodie tamen recolitur natalis ejus in vitam immortalem, quando natus est in mundum. A S. Xaverio, scribente ad S. Ignatium, laudatus est ut vir sanctus, ac omnibus charissimus, talēsque plures desideravit pro Indiis. Totam Comma-

ri-

rinensem Provinciam , quæ ipsi demandata fuit, singulis mensibus, nudipes, per ducenta, & amplius, passuum millia percursabat, incredibili animarum zelo impellente. Quotidie tricies, sæpe quadragies, positis humi genibus, precabatur.

3. Albenaci, in Gallia , annō 1593. in odium fidei aliz duæ ceciderunt hostiæ, P. Jacobus Salesius, & Guilielmus Saltamochius, Coadjutor, Gallus, uterque. Ab hæreticis capti, longa fame sitiique cruciati, variisque aliis ærumnis vexati, tandem trucidati sunt. P. Jacobus primùm sclopo trajectus, mox inter orandum pro occisoribus, ferro in pectus addacto, confossus est: Guilielmus prostratum Patrem amplexus, pugionibus necatus; cadavera per dies sex jacuere inhumata. Ad hanc palmam egregiè se paravit uterque. P. Salesius, licet variis morbis continuò obnoxius, laborabat ut valens; Ubi ubi esset, aliquem ex Sociis deligebat, qui ipsum de erratis admonebat. Cubiculi januam pulsante quopiam, curvatis genibus dicebat : *Intra Deus meus, intra animam meam.* SS. Eucharistiam ferè horis singulis adorabat,

bât, pétebâtque copiam Martyrii à Rege Martyrum, bono JESU, cuius amor semper illi erat in corde & ore, sive prædicanti, sive familiariter colloquenti.

4. In Gallia, anno 1610. P. Simon Riviere, Gallus. Quâm amicus humiliati, tam constans hostis fuit vanæ gloriæ. Ultimis septem vitæ annis ad officia Co-adjutorum temporalium descendit. Etiam morienti sæpe in ore fuit: *Fugimus vanam gloriam.* Et illud Apostoli sæpe sibi inculcari voluit: *Abst mibi gloriari, nisi in Cruce Domini Nostri JESU Christi.* Post octiduum prædixerat sibi obitum, & obiit.

VIII. FEBRUARII.

I. Anno 1550. creatus est Pont. Max. Julius III. antè Joasnes Maria de Monte, seu Montanus, Cardinalis Prænestinus: qui ut in Tridentino Concilio, cui Sedis Apostolicæ Legatus præsidebat, prolixè Societati faverat; sic in Pontificatu, tanti eam faceret, & verbis declaravit & rebus. Institutum Societatis à Paulo III, approbatum, sua autho-
ritate

sitate confirmavit , & quæ in Pauli Bulla obscuriora , variamque admittere interpretationem , ad Ignatii sententiam declaravit . Incipit Bulla : *Exposit debitum pastoralis Officii , &c.* Spiritualibus gratiis temporalia subsidia liberaliter adjecit : & S. P. Ignatiam spiritualia tantum petente pro animarum bono ; præcepto obedientiæ adstrinxit e ut in angustiis Domus Professa Romanæ ad se fidenter & sine verecundia accederet : monuitque unum de familiaribus suis : ut eum de Domo illa sublevandas subinde admoneret . Praefectum cubiculi sui admonuit : ut quoties ad se se Ignatius accederet , omnes ei confessim patarent aditus ; neque si neneret praeforibus morari , quamvis aliquid negotii cum Cardinalibus haberet Pontifex . *Orland. hist. Soci p. i. lib. 10. &c. i. 4.*

• 02. Anno 1581 inchoata Congregatio IV. Generali , Vicarius Generalis Oliverius Manareus cum aliis aliquot deputatis Patribus , Gregorium XIII. Pontificem Maximum pro

pro more adiit, benedictionem peti-
turus pro felici electione Præpositi
Generalis. Pontifex acceptis pater-
nè Patribus, magnificè in laudes So-
cietatis excurrit, atque inter alia :
Sanctus hic Ordo vester, inquit, ac verè
inquam sanctus, toto jam orbe terrarum
propagatus est ; ubique Collegia & Domi-
cilia habentis, Regna & Provincias, &
orbem totum vos regitis, &c. Quæ
postrema verba paulò pòst iterum
repetiit. *Sacchin. hist. Soc. p. 5. lib. 1.*
n. 13. Nimirum orbem regit Societ-
tas non imperio & autoritate ; sed
opportuna directione in spirituali-
bus.

Eodem die obierunt.

3. Ozacz in Japonia, anno 1636. P.
Didacus Yuki, Japon. Pre fide totius
tridui suspendium, prono in foveam ca-
pite, toleravit, certavitque fortis usque
ad mortem, in modo morte fortior. Pro-
scriptis, Daifusamæ Imperatoris edicto,
è Japonia Sociis, persistit ipse in patria ;
dissimulata persona, magnis pro re Chri-
stiana itineribus, magnis laboribus ex-
antla-

entlatis per ipsos 20. annos. Nullius unquam usus est hospitio, nè ulli noce-
ret; errabat per sylvas, è quibus oppor-
tunè protibat ad juvandos Christianos,
solis agrestibus herbis viettans.

4. In Florida, Americana regione, anno 1571. à fidei desertore aliisque
barbaris cruciati sunt, & concisi, P. Jo-
annes Baptista Segura, Hispanus, cum 41.
Sociis, Gabriele Gomez, Petro de Lina-
res, Sanctio Savallio & Christophoro
Rotundo. Sævitum in sacram suppelle-
talem, præsertim in Imaginem Crucifi-
xi; ut appareret magis, quo impulsu in-
cam cædem exarserint homicidæ.

5. Triguero in Hispania, anno 1566 -
piè decessit P. Joannes Leonius, Hispa-
nus, mortis nuncio ea animi exultatione
accepto, ut nunciantis medici manum
poposcerit ad osculum. Ob suavissimam
morum facilitatem Agntis dictus. Vox
tanien ipsius in sacra cathedra, vox leo-
ni erat, ad percellendos animos. Alte-
rius P. Joannis Leonii, Belgæ, mentio-
nem facit Alegambe in Bibliotheca So-
cietatis; qui ad propagandum DEI-paræ
Virginis cultum, & animos adolescen-
tum

tum teneriore pietate imbuendos, pri-
mas Romæ instituit anno 1563. Sodali-
tatem Marianam, quam deinde Parisios
promovit, nunc per universæ Societatis
domos & Collegia felicissimè diffusam
cernimus, cum incredibili fructu, & Se-
dis Apostolicæ approbatione. Obiit
diem suum Taurini; annis & dies obi-
tūs non exprimuntur.

6. Pragæ in Bohemia, anno 1692. P.
Matthias Tanner, Bohemus, virtute, e-
ruditione & Theologizæ laureâ clarus.
Præter alia edidit insignia duo opera, So-
cietatem usque ad sanguinis profusionem
militantem; Et Societatem Apostolorum
imitatricem. Utrumque Tomum ele-
gantibus iconibus exornavit, & magna
parte se ipsum expressit.

IX. FEBRUARII.

I. Anno 1621. post obitum Pauli
V. Pontificis Maximi, ipso
die ingressus Cardinalium in Con-
clave, qui erant quinquaginta duo,
raro consensu creatus est Pontifex
Gregorius XV. antea Alexander Lu-
dovisius dictus Archi-Epitropus
Bo-

Bononiensis, & Presbyter Cardina-
lis Spandanus anno 1621. Canoniza-
vit Santos Ignatium & Xaverium,
concessitque Indultum, recitandi
officium, & Missam celebrandi de B.
Aloysio Gonzaga. Bullar. Comm.

2. In Gallia anno 1565. tempore
Conventū Poisaci, in quo tractaba-
tur de componentis gravissimis tur-
bis inter Catholicos & dissidentes;
p̄eclarā Ecclesiaz Catholicaz nava-
vit operam P. Jacobus Laynez Prä-
positus Generalis, à Pontifice illuc
expeditus cum Cardinali Farnesio.
Hæreticorum ministrorum arrogan-
tiam, p̄fsumentum in Conventu il-
lo Augusto sedere, cùm Catholici
Doctores starent, compressit; Regi-
nam regnantem, nè interesset dispu-
tationibus inter Catholicos & hære-
ticos, quas non intelligebat, admo-
nuit, & impetravit; Sacro-sanctum
Missæ Sacrificium egregiè declara-
vit; Conciones per Adventum Do-
mini magno cum fructu habuit;
Collegiorum Academicorum Recto-
res, Religiosorum Ordinum Supe-
rio-

riores, Prælatos, & Principes, specialiter Condæum, indefessus conveniebat, & ad tuendam Religionis integritatem animabat; nè tempora hereticis concederentur, libello Regnæ oblatæ zelosissimo institit; hereticorum pertinacissimos & violentos conatus infregit; Societatem in Gallia recipi impetravit; ea denique gesit, quæ ab uno homine fieri posse, vix esset credibile. *Sacchin. hist. Soc. p. 2. lib. 5. § 6.*

Eodem die obierunt.

3. Romæ anno 1645. P. Matius Vitellescus, Italus, genere illustris, sed virtute magis, ac regimine felici universæ Societatis. Præpositorum Generalium ad admirabilitatem usque longè suavissimus, sibi semper simillimus, ad levamentum afflictorum mirè dexter, ac perspicax agendorum. Aperte illi semper ad quevis audiendum aures, patientia multò majore, quam sperari posset ab homine adeò occupato; erectus animus, & quantum citra injuriam Instituti licebat, indulgens; honorare omnes illi planè

planè congenitum: quibus dotibus mi-
ruin quantum sibi omnium corda devin-
xerit. Nihil mediocre in illo apparebat,
sive adolescens studiis operam daret, jam
tum singulari morum innocentia conspi-
cuus, sive Philosophiam ac Theologiam
Romæ doceret, sive pro concione dice-
ret, Assistens Italiæ, sive Provincias, Ro-
manam & Neapolitanam, ac denique So-
ciatem totam annis 35. gubernaret.
Vocationem ad Societatem quantopere
xstimârit, non obscurè prodidit, solitus
diem 15. Augusti, quo ingressus est, præ-
missa pridie in triclinio flagellatione sui,
quāndiu per xtabet licuit, celebrare,
cōque die aliquem recipere in Societa-
tem.

4. Gadibus in Hispania, anno 1649.
Charitatis viictima insignis, cecidit P. Jo-
annes Avellandæ, Anglus, postquam pe-
stifera lue tactis inira sedulitate servivit.
Angelica illi innocentia inicabat ex vul-
tu, oculisque modestissimis. Etiam sa-
culares sedulò operam dabant, ut videre
sacerdotem possent: tam sanctè sancta
tractabat. Præter P. Joannem occubue-
runt eodem anno, in eodem obsequio

17. è Societate in diversis locis. *Alegambe in Victim.*

5. Turnone in Gallia, anno 1617. mortem oppetiit P. Gaspar Masius, Gallicus, adeò non improvisam; ut rogatus, quid facturus esset, si eunti ad scholas, vel recreationem nunciaretur; post horam moriendum esse? respondit: *Sed tum etiam ex obedientiae destinatione, ad scholas, vel recreationem, iturum.*

6. Compluti, in Hispania, anno 1651. immatura morte sublatus est P. Franciscus de Oviedo, religiosa pietate, & doctrinæ soliditate, quam ejus opera Philosophica & Theologica testantur, celeberrimus. Peracto enim insolita devotione divino Sacrificio, ac lectione in schola tradita, regressus in cubiculum, concidit & exspiravit. *Sotuell. in Bisl. Soc.*

X. FEBRUARI.

I. **O**pportunè anno 1553. in Japania Amangucio Bungum rediit P. Barthasar Gagus, qui rem Christianam in terris illis curabat. Arma enim contra Regem Bungi, Christianis apprimè faventem, corripue-
tant

tant rébelles quidam Procerum. Misit ergo Gagus Joannem Fernandum, linguae Japonicæ peritiorem, qui Regem erigeret, firmaréisque spe auxilii sibi ad futuri à Deo, quem Xaverius ipsi prædicavérat, & cuius ministros semper authoritate protexerat. Animatus Rex irruit in rebelles, eósque internecione delevit. Cùm autem domibuseorum ignis injiceretur, is ultra limites progressus, etiam innocentum ædes corripuit, atque inter alias domum amici, apud quem Patres Suppellectilem sacram & profanam deposuerant. Ea tamen discretione, moderante cœlo, usum est insatiabile elementum: ut, cùm cæteras domus partes in cinerem redegisset, solum illud cubiculum Patrum reliquerit intactum. Quæ res plurimum valuit ad illustrandos ethnicos, & firmandos neophytes.

Orlandin. hist. Soc. libr. 13. num. 92. & seqq.

2. Annò 1605. Cardinalis Peronius (Eminentissimus non solum dignitate sacra, sed doctrinâ, & dog-

matum Ecclesiaz contra hæreticos, propugnatione) epistolam dedit ad Cardinalem Bellarminum, Archiepiscopum tunc Capuanum: quae se luculenter purgavit à calunnia sibi impacta: quali minus estimaret editas ab ipso Controversias fidei, tanquam operosas in adducendis hæreticorum argumentis, sed imbelles in confutandis; dixissérque: **Futurum Ecclesiaz utilius, si controversias istas nunquam imprimi permisisset.** Ad quod sic respondet dictus Cardinalis: *Hæc horribilis, & ab ipso parente mendacii effusa criminatio affecit animum meum stupore inenarrabili; meque afflixit tanto acerbius, quanto certior ego sum: non vocem modò, sed nè cogitationem quidem ullam esse in me hujus mendacii ream.* Imò & quæ dixeram, & quæ cogitaveram antea, ubicunque demum vixi, cò collinearunt semper: ut ostenderem à me pluris estimari Opus Controversiarum Bellarmini: quam opus aliud quodcunque, quod pro Ecclesia defensione vel à millesimo anno in lucem prodierit. **Hæc & plura similia sapi-**
en-

entissimus & zelosissimus Cardinalis.
Petrasancta in Vita Bellarm. lib. 2. c. 7.
 Vide infrà 12. Februar. Et sanè si
 authoritatem Controversiarum Bel-
 larmini extenuaverimus : quod O-
 pus ostendemus, quod solidius tuea-
 tur fidei dogmata, & pejus oderunt,
 impugnâruntque hæretici ?

Eodem die obierunt.

3. Novocomi in Italia , anno 1610 .
 P. Carolus Carlantinus , potens Verbo ,
 sed maximè lacrymis , cùm sacro pœni-
 tentiæ tribunali præsideret . Multos
 habuit filios lacrymarum , quibus corda
 obdurata molliebat , & accendebat . Fuit ,
 quando templum adiens in foribus ejus-
 dem offendit hominem sclopo occulto ,
 alisque armis instructum , ut inimicum
 suum trucidaret . Sceleratâ hominis co-
 gitatione divinitus cognitâ : *Quid tu , in-*
quit P. Carolus , hic spectas miser ? quid
meditaris infelix ? Veni , sequere me , &
confitere de peccatis . Apprehensimque
 manu duxit ad sacrum tribunal . Attoni-
 tus ille , ac pene mente motus , ubi ani-
 mum collegit , ritè confessus , dissidium

omne solvit, mundoque nuncium remisit. Non defuit & gratia sanitatum, & potestas in spiritus malignos, ac veneficia, Servo DEI; tantisque erat in omnium opinione; ut nobiles ac docti quidem vel de solea ejus calceamenti aliquid sibi postularent.

4. Vesontione, in Lotharingia, anno 1638. religiosè decepsit P. Leonardus Perinus, Lotharingus, cuius sanctimoniaz tanta fuit opinio; ut obeuntem è quadam urbe in genua procumbentes cives, quaquam ibat, orarent; bene sibi ut precaretur. Obedientia illi ad extemporalitatem prompta, ita; ut conciones pro singulis Adventus diebus habendas, ex tempore, nulla praemissa preparacione, nihil excusans vel pretendens, suscepserit: & cum Theologiam doceret, ad docendam Rheticam lubens descendenterit, eoque munere per annos plures latitudine functus, iterum ad conciones, tum ad Theologiam iterum redierit.

5, Lugduni in Gallia, anno 1656. P. Franciscus Daix, Gallus, in conspectum optatissimum Divinæ Triadis, ut credere licet, evocatus est, cuius cultui erat addi-

ctis.

Quissimus, uti & Venerabilis Eucharistiæ; quam die nocteque frequenter visebat, & quoties ad portam accersitus erat, non prius redibat ad cubiculum, quam i lâ visitatâ & adoratâ. Crucandi corporis sui studiosissimus, molestum sibi fore diem ajebat, quo sanguinis aliquid non libaret Christo: si Martyr esse non posset, debere se tanien passionum Christi aliquatenus esse partipem. S. Scripturæ quotidie capita aliquot perlegebat flexis genibus, & capite aperto; prophœtiæ donô & aliis gratiis gratiis datis à Deo honoratus.

XI. FEBRUARII.

I. **A**NNO 1576. Gregorius XIII. Pontifex Maximus concessit: ut ex Societate medicinæ periti mederi possint ægris citra adustionem & incisionem, &c. Breve incip. *Unigeniti DEI Filii.* Concedit igitur: ut Religiosi præfati id absque aliquarum censurarum, seu pœnarum incursu, & conscientiæ scrupulo valeant exercere de Superiorum suorum licentia, quibuscumque personis in-

firmis, citra tamen aduisionem, vel incisionem per se ipsos faciendam, quando tamen medici sacerdotes, commode haberi non possunt. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, &c. *Bullar. Soc.*

2. Annō 1563. Præpositus Generalis Societatis Lainius, cùm in Tridentino Concilio Theologum Pontificium magno plausu ageret, ita Præsidis Concilii, Cardinalis Mantuani, sibi ac Societati cor devinxit: tū imperare sibi non potuerit, quin illum expediret Mantuam, cuius urbis erat Episcopus, ad fundandum ibi Collegium, & ordinandam Dicēcesim. Tridentō itaque profectus, pari celeritate ac felicitate, commissa expedivit, ad populum & sacras Virgines pios sermones habuit, rebūsque confectis, nono die Tridentum rediit. *Sacchin. hist. Soc. part. 5. lib. 7. num. 1.*

3. In Africæ regionem Angolanam expediti sunt annō 1574. Socii 4. quamvis unum, antea missum, in custodia detineret rex barbarus, Patrem

trem Franciscum Goveam. Triplex ibi hominum genus repererunt, Lusitanos, ethnicos, & advenas ex vicino regno Congi Christianos, sed qui præter nomen **vix** aliquid Christiani habebant. A carnibus abstinebant nunquam, inclemetioris cœli obtentu: cùmque videbant Patres in Quadragesimæ, aliisque diebus vetitis abstinentes, dicebant: paulò pòst scabie & elephantiasi correptum iri. Sed isti constanter Ecclesiæ præceptis morem gerentes, ac nihilominus fani, ipso exemplo suo absurdam consuetudinem sustulere. *Sacchin.*
p. 4. l. 3. n. 191.

Eodem die obierunt.

4. Valentiæ in Hispania, anno 1606.
P. Michaël à Fontibus, operarius strenuissimus in America Peruana. Apostolicis laboribus fesso, aliquando spectandam se dedit DEI-para V. (quam ille religiosissimè ac ingeniosè colebat) promisitque hujusmodi labores & zrumnas illi locò purgatorii futuras, ut sine mora cœlum adire possit. Cujus

H s pro-

promissi gratiam quavis feriâ secundâ certis mortificationibus recolebat. Religiosus quidam ex sacra D. Francisci Familia, singulari virtute eminens, testatus est, P. Michaëlis animam cœlos consoncendentem, obviam habuisse DEI-param Virginem cum Apostolorum Principe, S. Joanne, & S. Ignatio, quæ suis met manibus splendidam coronam beatæ illi animæ imposuit.

5. Namurci in Belgio, P. Joannes de Renesse, in Societatem & animas defunctorum beneficentissimus. Placuit Divinæ Bonitati in illo adumbrare vetus illud patientiæ miraculum, Divum Job. Nam & P. Joannes incredibili fortitudine animi sustinuit, tum horrendam nobilissimæ familiæ suæ & fratriæ ruinam atque catastrophen ; tum ingentes & diuturnos morbidi corporis dolores, tum acerbissimos animi scrupulos, & mortis futurique judicii terrores. At sub vitæ finem serenissima animi tranquillitate potitus, nihil magis, quam dissolvi expetiit, obiitque inter ea gestientis animi argumenta : ut Deus præteritas ærumanas

ærumnas cumulate ipsi compensasse,
etiam in hac vita, videretur.

6. Ulyssiponem Lusitaniæ principem
urbem cùm anno 1599. atrox pestis de-
popularetur, expositi sunt complures è
Sociis diversarum linguarum, qui popu-
laribus suis, ægris & valentibus, solati-
essent & auxilio. Sex illorum in ea
fatali, imò triumphali, arena ceciderunt
variis temporibus ; hoc die P. Calixtus à
Motta, vir impiger, & zelo ardens ani-
marum.

XII. FEBRUARII.

I. **A**NNO 1605. cùm in urbe fama
iniquissima, sparsa ab invidis
gloriæ Cardinalis Bellarmini percre-
buisset : quasi Cardinalis Perronius
utilius Ecclesiæ existimâisset, si Con-
troversiæ fidei Roberti Bellarmini in
lucem non prodiissent : petiit ur-
gentibus literis Bellarminus jam Car-
dinalis ; ut Cardinalis de Joyeuse,
intimus Cardinalis Perronii, oppor-
tunè exquireret hac super re senten-
tiā ipsius. Fecit Joyeuse, quod
rogatus fuerat, prædictoq[ue] anno &

die respondit Bellarmino : *Blasphemiam adçò immanem* (hoc enim nomine appellare vocem illam *criminosissimam* voluit) à Card. Perronie proficisci non potuisse. Statim enim ac hujus famæ mentionem in familiari sermone apud ipsum fecit, ita consternatum affirmavit ; ut ferè *linguis animo visus sit* ; nec ipse, Joyeuse, unquam viderit hominem, vel magis perturbatum, vel indolentem gravius. Quomodo ipse Cardinalis Perronius se purgaverit, recole dicta 10. Februarii ; & vide Petrasanctam, utriusque epistolam recitantem, cum summa Controversiarum Bellarmini commendatione , lib. 2. *Vitæ Bellarmini* cap. 7. Advertant ad hoc maximorum ac doctissimorum Ecclesiæ Prælatorum judicium , communémque etiam heterodoxorum sententiam , moderni quidam scioli ; quibus desipit Bellarminus , quem vel non largius gustârunt , quam canis Nilum , vel non capiunt. Advertant ad gravissimum judicium Cardinalis Baronii , qui ad Ann. 53. n. 32. Con-

tro-

troverfias Bellarmini appellat Nobilissimum planè opus, quod instar turris illius, quam David edificavit cum propugnaculis, ex qua mille pendent clypei, & omnis armatura fortium, in Ecclesia habeatur.

2. Annô 1564. Lainius, Præpositus Generalis, à Conventu Poisiaco in Gallia, Religionis causâ celebrato, rediit Romam, plenus meritorum & gloriæ ibi partæ prudentiâ, eruditione, & zelo singulari.

3. In Hispania, annô 1587. magnam injecerunt solicitudinem Præposito Generali Claudio & universæ Societati, non solum Quæfitores sacri, qui ex levibus indiciis quosdam nostrorum conjecterunt in carceres: sed etiam, & multò magis, degeneres quidam, capitosi, & rerum novarum cupidi Socii, quorum caput Dionysius Vasquius, publicè criminantes tum rationem gubernationis, tum ipsum Institutum. Horum solicitatione inducti Quæfitores, Provinciali Castellæ mandârunt hoe die, sub pœna Excommunicationis,

ut

ut intràmensem, omnia Exemplaria
Instituti, Privilegiorum & Rationis
studiorum, quotquo^e essent, in pro-
vincias Hispaniæ, ad ipsos deferren-
tur. Prohibuerunt insuper; nè
quisquam finè ipsorum licentia pro-
fici sceretur extra Hispaniam. Rebus
tam afflictis, recurrit post Deum, ad
Pontificem Sextum; quem ità bene-
volum invenit: ut gravibus literis
supremum Quæsitorem, Cardinalem
Quirogam, & Libros omnes resti-
tuere, & totam causam ad se remitte-
re, sub pœna Depositionis ab Officio
& privatione Cardinalatûs jussérat.
Sic compositis motibus externis,
etiam Domesticis seditionis injecta
cura est, religiosius componendi
mores suos. *Sacchin. part. 5. lib. 7.*
n. 80. & seqq.

Eodem die obierunt.

4. Ulyssipone in Lusitania; anno
1571. P. Alphonsus Nunnius Barretus,
Collegii primùm Eborensis, deinde U-
lyssiponensis Rector, licet 27. annos æ-
tatis vix numeraret. In tyrocinio Socie-
tatis

tatis ardentiore sui contemptū studio
abreptus vili lacerna tectus ac nudipes,
in forum Conimbricense prodiit, infami
columnæ sese alligavit, altaque voce
misericordiam à JESU, infami columnæ
adstricto, imploravit, stupente Urbe.
In simam bajulorum fæcem, crassâ divi-
norum inscitiâ laborantein, ut contracta
familiaritate, opportuniùs suaviùsque
erudiret, simili illis cultu corporis instru-
ctus, tanquam unus ex ipsis cum ipsis
agebat, probèque instructos ad confes-
sionein adducebat. Sacerdoti obscenâ
vitâ infami, famulum sē addixit, ut op-
portunis monitis eum ad saniorem men-
tem traduceret. Cùm nihil profecisset,
conversus ad complicem mulierculam,
tanto verborū pondere cum illa egit, ut
ad expiandam vitam totam, & constan-
tem emendationem eam adduxerit.

5. Neapoli, annō 1581. P. Christo-
phorus Rodriguez, Lufitanus, Missiones
suas perarduas, beato fine conclusit.
Magnis itineribus, laboribúsque fidei
promovendæ causâ susceptis, celebris,
Cayrum & Alexandriam adiit, à Pio V.
ad magna quæque adhibitus. In nivali
Joan-

Joannis Austriaci contra Turcas expeditione, militi pugnanti medios inter hostium globos, intrepidus effigiem Crucifixi præferebat, & victoriam cruenta sui flagellatione sæpius repetitâ, conciliare studebat. Provinciæ cùm præcesset, Collegia visitabat pedes, Sarcinulæ suæ baulus, nec alio, qm̄ emendicato viatico usus.

6. Rigæ in Livonia, annô 1611. florens, sed in brevi consummatus, juvenis Jacobus Mlocki, Scholasticus, natione Lituanus, raptus est splendido cœli Reginæ curru. DEI-param Virginem præcipua veneratione prosecutus, ab eadem imminere sibi mortem celerem, didicit. In extremo morbo, valetudinarii ministro dixit : magnos hìc habemus hospites: en gloriosam cœli Reginam splendidio advectam curru, quo animas in cœlum avehere solet. In agone oculos in Crucifixum, digitum in abducturam se DEI-param intendens, feliciter, ut credere licet, avectus est.

XIII. FEBRUARII.

I. Anno 1557. Andreas Oviedus,

è Societate assumptus ad Episcopatum , ac deinde Patriarchatum Æthiopiæ , cùm feliciter appulsus esset cum Patriarcha Joanne Nunnio Barreto , Goam in India : relicto ibi Patriarcha , solvit hoc die in Æthiopiam , ut exploraret animum Claudii Imperatoris ; quantum propendeat ad suscipiendum Patriarcham legitimum , & ad unionem cum Ecclesia Romana . Non obscura enim dederat ejus propensionis argumenta : quibus permotus Rex Lusitaniae , impetravit à Summo Pontifice consecrationem , & missionem in Æthiopiam , unius Patriarchæ , & duorum Episcoporum è Societate , S. etiam P. Ignatius ad dictum Imperatorem Claudium zelosissimas dedit literas (quas recitat Orlandinus part. I. hist. Soc. lib. 15. num. 105. & seqq.) quibus ei commendabat dictam Unionem , & Prælatos ab Apostolica Sede expeditos . Sed homo perfidus , ubi rem serio agi vidiit ; & Patriarcham non admisit , & Episcopum Oviedum , quantocius excedere regno jussit .

Pc

Perststit ille tamen : & paulò pòst
vidit Claudium malè pereuntem &
cum exercitu profligato à Maho-
metanis anno 1559. *Sotuell. in Bibl.*
Soc. sub Nomine Andreæ Oviedi.

Eodem die obierunt.

2. Neapoli, anno 1585. P. Alphon-
sus Salmeron, Hispanus, unus è decem
primis fundamentalibus Societatis lapi-
dibus. Missionibus compluribus & gra-
vissimis à Summis Pontificibus fuit appli-
catus. A Paulo III. in Hiberniam expe-
ditus, cum Nuncii Apostolici potestate ;
à Paulo IV. in Belgum & Poloniam ;
ter ad Concilium Tridentinum ut Theo-
logus Pontificius ; ubi summi ingenii &
incredibilis eruditionis specimen dedit.
Coram Pio V. in verno jejuno, jussus
conclaves habuit magna cum satisfa-
ctione. Collegium & Provinciam Nea-
politanam fundavit, primus rexit, & gli-
fentes ibi Lutheri errores scriptis & con-
cionibus compressit. Eruditionem suam
sacram, per XVI. Tomos in Evangelia,
& reliquum Testamentum novum, dif-
fudit, typis saepius repetitis, obiit magno

am.

amplissimæ civitatis mœrore, vir parie-
m inens pietate, zelo & sapientiâ.

3. Collegio Theatino in Italia, anno
1626. creptus est morte maturè prævisa,
P. Ignatius de Juliis. Biduo ante supre-
mum morbum, eoram Ven. Eucharistia
ardentius oranti allapsa est clara vox :
*Festina Ignati, festina : quoniam per pau-
ci tibi superant dies.* Dum valeret tot
unus obibat officia ; quot, illo defuncto,
tribus gravandis Sacerdotibus sufficie-
bant. Singulari pollebat industria ad
disponendos moribundos : ut passim,
etiam illi, qui alias alieno à Societate a-
nimo erant, P. Ignatii operam pro illo
articulo expeterent. Ad ignem nulla il-
lum hyemis sævitia, ad frigidæ levamen-
tum nullus æstatis ardor, ad lectulum
nulla corporis lassitudo compellere po-
tuit.

4. Vallisoleti in Hispania anno 1585
Sancius de Ausa, Novitus, Hispanus.
In diuturno 80. dierum morbo, cum in-
genti siti æstuaret, atque ad manum sem-
per haberet frigidam ; nunquam eâ lin-
guam refrigeravit, ardorem sitis Christo
in cruce sicuti offerens. Biduo ante
mor-

mortem Salvator ei apparuit, qualis in
cruce sitibundus pependerat: cui Sanc-
cius, *Domine mi^s, sumne inter electos
tuos?* Affirmante Domino, subdidit ille:
Domine, accipiesne me tecum? Tum
Christus: *Ita fili, accipiam te mecum.*
Sic Sancius post longam sicutim abiit ad
torrentem voluptatis aeternæ.

XIV. FEBRUARII.

I. **A** Nnô 1546. S. Xaverius Mala-
câ discedens in Amboinum,
seu Molucas insulas, hodie in earum
conspectum venit, postquam turbam
nauticam, idolis addictam, ad Chri-
stum convertit, & baptismo expiavit.
Erant nimirum sergones, quos ad
ipsos habebat, miraculo armati.
Cum enim essent linguarum diver-
sarum, omnes ipsum suo sermone lo-
quentē audiebant; vel si Lusitano ser-
mone uteretur, omnes ipsum intelli-
gebant, acsi patro ipsorum sermone
loqueretur. Duplex eo in itinere e-
dedit vaticinium; & de Molucis in-
sulis altero die in conspectum ven-
turis; & de securitate à piratis. In

fca-

scapham enim majoris navigii dimisso Xaverio, ut in Amboinum exscenderet (nam navis in Bandam insulam pergebat) apparuerunt duo praedatoria navigia, quæ in scapham plenis velis involabant. Sed repente valido vento exorto in altum rejecta est, piratæ verò extra conspectum abacti. Cùm nihilominus timeretur, nè piratæ per insidias navim invaderent: securos esse jussit vectores Xaverius; nihil mali eventurum asseverans. Et verò feliciter commodèque Amboinum tenuerunt. *Bartoli in vita lib. 2. n. 10.*

Eodem die obierunt.

2. Lovanii in Belgio, anno 1589. P. Joannes Hamelius, Belga. Inter prima Belgii lumina sua ætate habitus, Collega P. Lessui in Theologia tradenda. Peste contracta à moribundo, quem disponebat ad supremam luctam, sublatus est. Angeli apparitione primum recreatus. Eodem anno Barcinonæ in Hispania sex, è nostris occubuerunt in eodem pestiferorum obsequio: Vilna in Lityania duo.

3. In

3. In Zebu , insula Philippina , anno 1627. Gaspár de Garay , Coadjutor , Hispanus , suavissima morte defunctus est , post vitam asperrimè actam . Singulis hebdomadis ter inedia se macerabat ; nullum diem sine linea cruenta , per acrem flagellationem , elabi patiebatur ; nullus , nè in supremo quidem morbo , culcitæ aut litiæ suppellestilis , usus , quamvis in seculo insignem inter varias commoditates egerit navarchum . Extremis 12. vitæ annis captus oculorum lucce , quidquid in templo sacrificiorum erat , devotissimè audiebat .

4. Coloniæ Agrippinæ anno 1656 . P. Hermannus Baving , Germanus . Cum provinciam gubernaret Rheni inferioris , & alias , Magistros impensè hortabatur : ut inter discipulos , S. Angeli Custodis cultum studiosè promoverent . Ipse & moribus & vultu , & perpetua animi serenitate Angelum egregiè representabat . Ter quotidie , ut minimum , Coronam DEI-paræ Virginis recitabat : Litanias verò ejusdem toties , quosies vel minima ei dabatur temporis non occupati aliis negotiis particula .

XV. FEBRUARII.

Andreas Oviedus, Episcopus Hieropolitanus e Societate JESU, anno 1557. Goâ solvit in Aethiopiam: ut res & ingenia Aethiopiarum exploraret, & Patriarchæ Joanni Nunnio Barreto, accessum sterneret ad Imperatorem illius gentis. Socios secum duxit quinque. Ut Baro am attigit, quod est oppidum imperii Abassyni, subiectum Principi Isaaco Barnagazio: is obviâm egres sus, perhûmaniter & magno honore excepit Episcopum. Populi verò ea fuit gratulatio, isque ad manus ei deosculandas concursus, ut indè velut è secundo hospitio percipere liceret latum totius rei eventum. Per multis ibi ministrata Sacraenta Baptismi & Confirmationis, & sanctæ Dominicæ Passionis hebdomada solemnissimè celebrata. Reassumpto itinere, cum octiduum processum esset, vir primarius Regis jussu cum jumentis occurrit ad deferenda Episcopi & comitum impedimenta.

Cùm

Cùm verò unius tantùm diei itinere
 abelet à castris regiis (in castris enim pañim Rex habitat, non in urbe)
 misso nuncio vetiti sunt ulterius pro-
 cedere , donec Rex ipse advocaret .
 Post triduum , feriâ tertîâ Pentecô-
 stes , advocavit , rursusque ad iustum
 sclopeti iuñit subsistere , eodémque
 loco figere tentoria : quæ Lusitani
Comites Episcopi eleganti specie fi-
 xerunt . Altero die multi ex aula no-
 biles & Regis cognati adfuere , dedu-
 curi Episcopum ad regium tento-
 rium . Ibi post multam moram cùm
 datus esset accessus ad Regem , seu
 Imperatorem Abassynorum Clau-
 dium : Episcopus eidem reverenter
 tradidit literas Patriarchæ , atque In-
 diae Proregis . Accepit eas amicè ;
 non ità tamen , quin aversum à Reli-
 gione orthodoxa proderet animum ,
 sectæ Dioscori cum tota gente addi-
 cus . Institit Episcopus : ut conven-
 tum suorum Doctorum cogeret , in
 quo de rebus fidei ageretur . Coa-
 ctus sínè mōra , sed hominum quām
 obesi cerebri , tam pertinacium in-
 erro-

errore suo. Rex ipse præstabat omnibus, & ingenio & rerum fidei peritiâ: ipse, quæ alicujus momenti erant, objiciebat; ipse à Nostris objecta, quæ poterat, solvere nitebatur. Quæ dum geruntur, adest nuncius, Turcas in Abassiam validis copiis irrupisse. Sic Religionis curâ disolutâ, solicitude omnis ad bellum gerendum est translata. Patriarcha interim Nunnius Goæ exspectabat sollicitus legationis eventum, & Indis curandis incumbebat. *Sacchin. hist.*
Soc. p. 2. lib. 1. n. 140. & seqq.

Eodem die obierunt.

2. Salmanticæ in Hispania, anno 1599. P. Josephus à Costa, Hispanus. Quintus fuit è quinque fratribus, qui Societati nomen dederunt, cæteris minor ætate, non ingenio & virtute. Tradendis lectionibus Theologicis intento spectabilem se dedit Angelus, cubiculum ingressus, ac manu incensam facem gestans: *Sic, ajebat, tu in Indiis resplendebis.* P. Josephus hac face accensus, dum se totum offert DEO in holocaustum,

ecce ad sunt S. Borgiae , tunc Propositi Generalis literar , quibus in Indiam destinabatur. Ivit, atque in India occidentali talenti tantumque egit in scholis , in zonationali pulpito , in scribendis libris , in consiliis , in provinciis gubernandis ; item quantumque summi quique in qua & Hispania (ad quam revocatus India spicerunt , & mirati sunt. fuit) su . Cie , anno 1626. P. Antonius

3. Par . Sucquet , B . , cum Româ in provinciam rediret , vir mortaliter invenit ; vir à Collegiorum , domus Probationis , & Provinciae totius , prudenti gubernatione , modestia , miraque pietate laudatus. Paupertatis umantissimo , si nova vestis obtruderetur , ad illam humilitate sive expiandam , sive consecrandam potius , quam primum ad culinari descendebat , atque ollis purgandis operari dabantur .

4. Rubeaci in Alsatia , anno 1634 . P. Jacobus Mayering , & Andreas Martini , Coadjutor , Germani ambo , è templo extracti ab hereticis , sclopis trajecti , & ferro trucidati , in odium fidei , gloriose occubuerunt .

XVI. FEBRUARII.

MAgnes Indiarum Apostolus Xaverius, anno 1546. Amboinum, seu Moluccas, celebres insulas ob aromatum copiam, attigit, non absterritus amicorum terroribus, & incolarum ferina barbarie. Quam ut cicuraret, non tam verbis, quam charitatis operibus agendum putavit. Ipse igitur ægrotos inviseret, solari, fovere; pauperes pascere, vitâ funtos sepelire, valentes doceare, & omnibus omnia fieri; præser-tim iis, qui ob irruptionem barbarorum ex insula Mauro, in montium speluncas se receperant. His ardentis charitatis carbonibus non poterant non incalescere cruda capita, & dissolvi rigentia corda. Proinde & se dociles exhibebant, & infantes ad fontem lustralem prompti ferebant.
Bartoli in vita lib. 2. n. 12.

2. Coram Clemente VIII. habita est anno 1604. disceptatio 25. de Molinæ doctrina; quæfirumque fuic: *An sit de expressa sententia S. Augustini, aut saltē de ejus mente, vel pos-*

tiùs contra ipsius doctrinam; quòd dum sumus in vita, in manu liberi arbitrii posita sit nostra salus; per nosque ipsos stet; quòd ad Deum non convertamur? Responsioni præmisit noster Bastida suppositionem: quòd per illas particulas, in manu liberi arbitrii, idem significetur, ac esse in ejus potestate: prout ad illa verba Eccl. 15. Constituit illum in manu filii sui; Glossa ordinaria & Patres communiter expnunt. Deinde respondit: Quòd, dum sumus in via, semper in manu liberi arbitrii sit posita nostra salus; ac per nos stet, quòd ad Deum non convertamur; Sententia sit expressa S. Augustini. Demonstravit hoc prolixè testimoniis S. Augustini, imò & aliorum Patrum: vindicavitque Molinam ab impostura. *Eleuther. hist. de Auxil. lib. 5. cap. 29.*

Eodem die obierunt.

3. Vallisoleti in Hispania, anno 1624
 P. Ludovicus de Ponte, Hispanus, claram inter ascetas recentiores nomen. Post obitum visus fuit Doctoris laureolâ ornatus propter pias, copiosas, solidâs-

que

que lucubrationes suas: vivens consperatus est s^apē, toto corpore radiis coruscare, aut globus igneus orantis capiti immininere. Crudior cūm esset in corpus suum, illūdque duris crebrisque verberibus laceraret, habuit aliquando Angelos medicos, qui vulnera curabant blandioribus fomentis. Noctes s^apē totas coram Ven. Eucharistia p^revigil ducebant, quam de die frequentissimè visebat, tantā divinæ lucis copiâ perfusus: ut aliquando inambulans, & velut fatiscens, ingeminaret: *Satis est; Domine, luminis; satis est. Non plus, Domine, sufficit.* Voti religione se obligavit, extremis ante mortem 20. annis, d^enō admissendo deliberatè usq^{ue} peccato veniam: quod ab illo integre servatum esse, eximia viri Sanctitas, & singulares gratiæ cœlitus acceptæ probant.

4. Cracoviæ in Polonia, anno 1612. P. Gaspar Petkaroski, Polonus, quievit ab ea laborum assiduitate & contentione: ut annuæ literæ eum appellant Vi^rum infinitorum laborum; cibi tamen tam modici, ut omisso inter labores prandio, vulgari cœnâ contentus esset.

Cracoviensi Episcopo à Sacris Confessionibus cùm esset , ità aulæ adhæsit, ut ab ejus fumis nihil candori ejus decederet, nihil accederet vanitatis aut laxamenti, meritus passim Sancti cognomen.

s. Montilii in Gallia , anno 1630. pretiosa charitatis victima cecidit P. Ludovicus Bouillet , Gallus , mirè laetus , quòd in Societate , & in obsequio peste factorum occumberet. Socios habuit in simili obsequio & morte viginti duos per varias Galliæ civitates. Ex Tann.

XVII. FEBRUARII.

I. S. P. Ignatius, anno 1555. confidenter retulit P. Ludovico Consalvo , tunc Ministro Domûs Professæ Romanæ , Romam missò à Joanne III. Rege Lusitanæ ; ut omnia dicta factaque Ignatii curiosè observaret, atque ad se prescriberet : retulit, inquam ; Non solum essentia Instituti Societatis , sed etiam multa alia ad ipsam pertinentia , in una magna illustratione intellectus à Domino nostro sibi esse manifestata

ta Manresæ sollicet primô anno conversionis suæ. Idem affirmabat P. Hieronymus Natalis , scriptumque reliquit : quod S. Ignatius , cùm de Instituto rogaretur , solebat causam referre ad eximiam illustrationem , quam illi Deus gratificatus est Manresæ , quâ illa omnia accepisset à Domino , in spiritu quodam architectonico . Utrebatur autem S. Pater valde familiariter Patre Natali , eumque misit per Provincias , ut Institutum , & Regulas promulgaret ac explicaret . Lancic. tom. 2. Opusc. i. cap. i. ubi multa de hac materia congerit.

2. Annô 1616. hac die retulit eidem P. Nicolao Lancicio P. Ferdinandus de Pontze , tunc Provincialis Boeticæ Provinciæ (cùm convenissent ad VII. Congregationem Generalem pro eligendo Præposito Generali) veram esse relationem de revelatione facta S. Francisco Borgiæ : quod primis aliquot centenis annis , prout Ordini S. Benedicti concessum fuit , nemo sit damnandus , qui in Societate moriatur. Cùm enim Frater Michaël

Marcus, post meditationem matutinam prædictum S. Borgiam de more accessisset, invenit insolitâ lætitia gestientem, cuius causam rogatus, non aliud prodidit, quam : *O si scires Marce, o si scires, quantopere Deus amet nostram Societatem!* His illectus Marcus, institit ardentiùs , ut secretum resciret ; cùmque urgeret importuniùs : aperuit Sanctus Privilegium illud , de quo dictum , Societati concessum. Hoc retulit ipse Marcus Barcinqne P. Vincentio Madresio, qui id ipsum communicavit præfato Pætri Pontze; iste autem P. Lancicio. Ita idem Lancic. tom. 2. Opusc. 17. lib. 2. cap. 1. ubi plura de hac materia videri possunt.

3. Coram Clemente VIII. habita est anno 1603. disceptatio XV. de Molinæ Doctrina , quam longè diversam esse à doctrina Cassiani, demonstravit P. Arrubal. *Eleuther. hist. de Auxil. lib. 5. cap. 19.*

Eodem die obierunt.

4. Manilæ in Philippinis, anno 1605 P. Hieronymus de Prado, vir sereni semper,

per, & Deo intenti animi. Cùm in itinere pedestri lassus, & gravi periculosoque lapsu prostratus esset, parvulum Jesum (cujus infantiae addictus erat cultu tenerimo) cruce onustum spectabilem habuit: valuitque non solum ad roborandum virum, sed etiam incredibili voluptate profundendum. Alias vidit S. Franciscum Seraphicum, urbem Manilam contra Chinensium incursionem defendantem. Humilitatis studiō, & S. Augustini exemplō non erubuit: peccata sua scripto consignata publicare.

5. Ibidem, anno 1615. Paulus Rioin, Coadjutor, Japon, fidei zelator magnus & facundus, à Kubosama Imperatore Japoniā ejectus, atque navigationis ærumnis confectus, in portum cœlestis patriæ se se recepit.

6. Pultoviæ in Polonia, anno 1611. P. Georgius Skarsinski, Polonus, operarius indefessus, repentina, sed felici morte decessit in actu charitatis. A Præside Collegii missus ad infirmum, corpore & animo bene sanus, cùm ad excipiendam ægri confessionem se accingeret, repente queri cœpit de suborto dolore capitis:

quod cùm in sinum assidentis socii rechi-
náset, suaviter exspiravit; implevitque
illud Sap. 4. *Justus, si morte præoccupa-*
tus fuerit, in refrigerio erit.

XVIII. FEBRUARII.

I. **N**atalis Collegii Romani, Capi-
pitis & normæ omnium Col-
legiorum per universam Societatem :
quando conductis à S. Ignatio angu-
stis ædibus ad radices Capitolii, Socii
13. sub Rectore Joanne Pelletario,
Gallo, ex Domo Professa expediti
sunt anno 1551. ad aperiendas ibi
Scholas. Verum crescente mox nu-
mero tum discipulorum, tum Nostro-
rum, ex illis angustiis translatum
paulò post est Collegium in amplio-
rem Domum Marii Capoccii Nobilis
Romani : ubi quinquennium cùm
substitisset : multitudine Auditorum
urgente, migrandum fuit in amplissimam
domum Joannis Baptistæ Sal-
viati, anno 1556. quo ad Collegium
Beatorum translatus est S. Ignatius.
Ibi demum stabilitum est, & in eam,
qua hodie spectatur, formam reda-
ctum

etiam munificentia Gregorii XIII.
Pont. Max. Sotuell. in Bibl. Soc.

2. In Lusitania obtinuit tandem
annô 1616. à Philippo III. Hispania-
rum & Lusitaniz Rege, P. Franci-
scus Suarez, ferias à laboribus Scho-
laisticis in Academia Conimbricensi
exantlatis, pridem desideratas & ex-
peritas, ob valetudinem debilem, &
ætatem proiectam ; sed quam ipsi
gratas, tam ingratas & mœstas toti
Academiae, apud quam per annos vi-
ginti prælectionibus & lucubratio-
nibus suis, summam authoritatem,
amoremque sumnum comparave-
rat. Liber à scholis, optabat liber es-
se etiam à libris scribendis, adeoque
contemplationi, & solidæ ad mor-
tem præparationi vacare. Sed cùm
eadere & Dei per Exercitia spiritua-
lia, & Superiorum mentem explora-
ret : jussus est etiam extremas vires
eidem labori impendere pro DEI
gloria, & Ecclesiæ bono : quod fide-
litissime præstitit. Maffejus in Vita
cap. 17.

3. Annô 1543. valida Sociorum

manus, duo supra quadraginta, è
 Lusitania solvit in Indiam, cum P.
 Valignano Visitatore, distribuij in
 quinque naves. Non solum viati-
 cum, sed etiam pro novis domiciliis
 in India erigendis sumptum libera-
 liter suppeditavit Sebastianus Rex.
 Mozambicum cùm feliciter perve-
 nissent, aucti sunt duobus Sociis, qui
 in regnum Monomotapæ destinati
 fuerant, sed penetrare non poterant.
 Goam appulsi sunt omnes rara felici-
 tate, & opportunissimè. Valde enim
 per mortem complurium exhausta
 fuit ea Provincia, & specialiter Col-
 legium Goanum; quod in annum
 jam quartum infesti affligebant mor-
 bi, extinctis præstantibus viris 58.
 ex recentibus etiam advectis opera-
 riis jam quatuor occubuerant. Va-
 lignanus ad impetrandum cœlitus
 tanto malo remedium conversus,
 gravi oratione de quatuor potissi-
 mūm capitibus corrigendis admò-
 nuit Socios, si forte irrepüssent. I.
 Quisque in se inquirat, & discutiat
 affectum suum erga alias religiosas
 fa-

familias ; nè fortè sinistri aliquid lateat, aut proditum sit. 2. An sit aliquis excessus in præsumenda nimia authoritate, quasi à nobis vel solis, vel præcipue, pendeat conversio & salus illarum gentium ? 3. An non sit aliquis defectus charitatis inter domesticos, sive æquales, sive Superiores ? 4. An adhibeantur debita media ad conversionem illarum gentium ; an magis sint addicti Lusitanis, quam Indis, &c. ? Qua mente hæc proposita sunt à Visitatore, eadē accepta fuisse à Sociis, patuit ex morbis citò abactis , & redditā sanitatem.

Sacch. p. 4. lib. 2. n. 93. & seq.

Eodem die obierunt.

4. In mari Malacensi Indiæ Orientalis , anno 1598. P. Petrus Martinez , Lusitanus, Japoniæ Episcopus. Cùm adhuc degeret inter Socios, cùm Rege Sebastiano profectus est in Africam. Exercitu deleto, & Rege amisso, duram servitutem servit captus P. Petrus. Naufragio quoque afflictus , tandem Pontificis jussu , consecratus est Japoniæ Antistes.

Vi-

Vincentum suum feliciter adiit, naviterque excoluit. Inter assiduos labores Evangelicos ex eleemosynis victitabat, sempérque spem inter & metum fluctuabat, donec tempestate concitata graviore in Christianos, à tyranno relegatus, navigationis incommodis oppressus est. Præsul heroica virtute eximius, nec minùs animi demissione constanti, quām Ecclesiastica dignitate eminens.

5. Brachiaræ in Lusitania, anno 1615
 P. Joannes Cardim. Morientis ori ad osculum admota Crucifixi Effigies, revulsis à cruce manibus, visa est ægrum amplexari. Nunquam nisi cilicio accinctus introibat ad altare DEI. Examinis particularis libellum gestabat de collo, cum formula votorum suo sanguine exarata. Cibô ità utebatur, ut censeretur totâ hebdomadâ jejunare. Mortui cadaver, septimô post annô, odore fragrante repertum; & patrata non obscura miracula sunt, de quibus tabulæ ritè confectæ.

6. Eboræ in Lusitania, anno 1555.
 P. Emmanueli Fernandio, Afro, Apostolicam animam eliserunt impuri quidam scortatores, propter scortum ab ipsorum amo-

amoribus ad frugem conversum. Deprehensum in itinere tam dirè contuderunt, ut mortem paulò post oppeteret. Relatum in urbem Henricus Cardinalis invisit, mortuum urbs tota flevit, & solemnibus exequiis honoravit. Adduci non potuit P. Emmanuel, ut proderet Sicarios: sed ultrò prodidit se, & rem totam unus illorum, qui gravi sermone Patris inter verbera ad pœnitentiam hortantis, commotus, dilapsis sociis, apud jacentem semianimem peccata fuerat confessus. In componendis dissidentibus et̄ erat industriâ & felicitate singulari: ut aliquando una die quinquagenos, inter se & cum Deo reconciliârit. Sermo concionantis ardebat ut facula, quem aëcendebat Divino Sanguine suumpto in Missa, quam Concioni præmittere solebat.

7. Hispali, anno 1673. piissimè decessit P. Franciscus de Sylva, Hispanus, singulari spirituum discretione, & conscientias tranquillandi arte præditus, licet ipse magnis timoribus & angoribus exiceretur. In concionibus admirabili energiâ verborum, planè regem animorum

rum agebat, nunquam ad satietatem auditus, multoties visus non solum Christo cordi esse, sed in ipso ejus corde residere.
Tanner. in Soc. Apost.

XIX. FEBRUARII.

I. **A**nno 1581. P. Claudius Aquaviva, Filius Ducis Atriæ, Neapolitanus, cùm post gubernaciam Provinciam Neapolitanam, regeret Romanam, electus est in Præpositum Generalem, quamvis annum ætatis quadragesimum nondum attigisset. Visâ est non uni Dei-para Virgo cum S. Bernardo, quem eximiè colebat **Claudius**, & S. Ignatio, offerre illum magni comitii Patribus, ut eligeretur. Et erat **Claudius** opportunissimus illis temporibus, Societati satis inquis; utpote vir verè cordatus, Instituti scientissimus & retinentissimus, quem nec adversa frangerent, nec prospera extollerent; par cuique fortunæ, & quibusvis adversariis, etiam potentissimis. *Sotuell. in Bibl.*

2. In Japonia anno 1614. nova,
ea.

eaque gravis excitata est persecutio
 Christianorum, à totius Japoniæ Imperatore : cuius edictum in Metro-
 poli Meacensi hoc die propositum
 est Patribus nostris , ut intra diem
 septimum omnes se conferrent Nan-
 gasachum, atque inde quisque rena-
 vigaret in patriam suam. Idem edi-
 ctum intimatum est Patribus S. Au-
 gustini, Dominici & Francisci. La-
 borabant tunc in vinea Japonensi ;
 præter Japones Catechistas, & sacer-
 lares quosdam Sacerdotes , centum
 & quinquaginta è 4. Ordinibus Rel-
 igiosis : è S. Augustini familia qua-
 tuor , è S. Dominici novem , è S.
 Francisci quatuordecim , è Societete
 JEsu centum & viginti tres, cum E-
 piscopo ex eadem Societate. Chri-
 stianorum censebantur aliquot cen-
 tena millia, & spes erat, totam Japo-
 niam brevi subiectum iri Christo :
 cùm ecce concitante Satana & afflan-
 tibus quibusdam ejus ministris hor-
 rida concitatur tempestas. Dynastæ
 quidam admonuerunt Imperatorem
 de ingenti numero Christianorum ,
 deo-

deorum patriorum exterminio , & imminente periculo , nè imperium totum in exterorum manus delabatur . Confirmârunt suspicionem Europæ quidam sectarii , variis calumniis onerantes Religiosos , præsertim Societatis JESU , & argumentum suspicionis ducentes ex Philippinis Insulis , recenter subiectis Hispaniæ Regi Philippo . Sic conflatum est ingens incendium , & in Christianos , præsertim Sacerdotes fævire cœptum ferrô , igne & aliis , etiam inauditis tormentis . *Hugo in vita P. Caroli Spinae , cap. 12.*

Eodem die obierunt.

3. Hispali in Hispania , anno 1588 .
P. Jacobus Sancius . Fluctuanti in electione statûs coram Ven. Eucharistia ferventius oranti , allapsa est è sacro tabernaculo diserta vox : *Esto de Sociitate Nominis mei.* In Societate summa votorum & negotiorum ejus fuit : Amare , & Pati .

4. In Insula Majorica , anno 1621 .
P. Raphaël Oller , Hispanus , jussus est ,
ut

at requiesceret à laboribus suis, qui tribus haud inertibus operariis occupandis sufficiebant. Sancti, & Apostoli nomine celebratus, per totos 40. dies tam verni jejunii, quam Natales Christi ferias antecedentes, etiam cùm quotidie ad populum diceret, jejunabat. Virginitatem perpetuam studiis, inediâ, continuis laboribus, varia in se asperitate, SS. Eucharistiz, & DEI-paræ Virginis sinè labore Originali conceptæ cultu singulari, illasam conservavit.

5. Coloniæ in Germania, annō 1622
P. Arnoldus Boecop, Belga, ab hereticis tentus, & carcere vexatus, cùm nihil appareret, cuius causâ plecti posset, propinatō venenō (ut Medicus testatus est) sensim contabuit inter acerbissimos do-lores. Locupletis domūs in Batavia hæres, & in Bataviæ Academīa per annos complures versatus, non fidem solūm Catholicam, verū & Virginitatem servavit intaminiatam.

6. Freganale in Hispania, annō 1680
fatis cessit P. Jacobus Serranus, Hispanus, singulare illud elogium meritus: quod post fata nemo illi precatus sit requiem

quietem aeternam ; cum vulgo notissimum esset, eum propter eminentem virtutem suffragiis vivorum non egere. Moriens visus est ab absentibus quibusdam personis, Sanctitatis opinione celebribus, dulci amplexu, & osculo stringi a parvulo IESU. *Tanner. in Soc. Apost. Imit.*

XX. FEBRUARII.

I. **P.** Valignanus, Visitator Indiarum & Japoniarum, solvit e Japonia in Europam anno 1582. cum legatis trium Principum Japonensium Christianorum, ad deferendam Christi Vicario, Romano Pontifici, qui erat Gregorius XIII, reverentiam & obedientiam. Erant hi, Franciscus Rex Bungi potens, Protasius Rex Arimae, & Bartholomaeus Princeps Omurae. Ordinata est ea expeditio, tum pietatis gratia ad venerandum Vicarium Christi, Patremque universalis Ecclesiae ; tum ut ipsi Japones oculis suis cernerent Majestatem Religionis Christianae, & Principum Christianorum Europaeorum, adeoque illam estimarent magis, suisque commendanda.

darent popularib; cum ut Pontifex & Principes non solum per literas acciperent statum Ecclesiæ Japonicæ, sed viva voce ipsorum Japonum. Lecti sunt ad legationem obeundam juvenes duo nobilissimi, prædictis Regibus sanguine juncti, egregiis naturæ ac gratiæ dotibus instructi; quorum ætas ultra annum septimum & decimum se non extenderat: ut pares essent ferendis diuturnæ navigationis incommodis. Regis Bungensis legatum agebat Mantius Itum, Regis Arimæ & Principis Omuræ Michaël Cingiya: cuivis additus fuit socius legationis; ut si quid humani eveniret alicui, præstò esset, qui vires legati suppleret. Nimirum Mancio additus fuit Martinus Fara, Michaëli Martinus Nicaura, natalibus & moribus insignes. Insuper obsequii gratiâ additi ephebi nobiles duo: ac denique omnibus appositus est moderator unus è Nostris Georgius Loyola, Japon, morum gravitate atque prudentiâ præstans. Hos omnes ducebatur, auspice DEO, P. Valignanus

nus, sed non perdixit : cùm enim Goam venissent, invenit literas Claudi Generalis, quibus jubebatur in India subsistere, & ibi Societatem moderari Provincialis. *Sacchin. hist. Soc. part. 2. lib. 5. n. 230. & lib. 3. n. 236.*

Eodem die obierunt.

2. Nangasachi in Japonia, anno 1614 P. Ludovicus Cerquiera, Lusitanus, Japoniae Episcopus, quam per annos 16. Apostolicis laboribus, & paternâ curâ excoluit, Prælatus erat ea morum gravitate pariter ac suavitate ; ut ex aurea fasciolorum ætate lectus videretur, & ethniciis etiam gratus esset ac venerabilis. Modum vivendi quotidianum, quem in Societate didicerat, tenuit constanter, demittebatque se perlibenter ad capienda ab illius superioribus consilia. Tempore quatuor Japonibus Parochis, & suppellectile sacra instruxit. Lusitanos mercatores abducentes in mancipia Japones, fulmine Ecclesiastico absterruit. Ipse non dives, pauperes, præsertim pro fide exules, liberabiliter juvabat ; charitate &

cc.

comitate omnibus gratus. Natus in
anno Dier. Mem. Sonellus obitum po-
nit 15. Febr.

3. Londini in Anglia, anno 1647.
Curbertus Prescottus Stephanus, Coadju-
tor, Anglus, post evitatas per annos com-
plures insidias , captus , cum ad furcam
damnandus non videretur , quod Sacer-
dos non esset, perpetuo carceri in odium
fidei addictus est, in quo aliquot anno-
rum zemiatis toleratis, tandem consum-
ptus est.

4. Vallisoleti in Hispania, anno 1593
P. Franciscum de Morales , inter alter-
nautes acerbissimos dolores , & cœlestes
voluptates , preiosâ mors occupavit.
Cum in supremo morbo dolorum acer-
bitas, querulam vocem aliquam extorsis-
set ; vidit , audivitque Christum amicè
substantem : Tu quereris, & ego rideo.
Incredibiliter animo erectus Franciscus :
Et quid est Domine , reposuit , quod ego e-
ptem magis , quam delectare te ? Si risum
tibi movent bi dolores mei , veniant sanè
cumulatissimi ; expectati aderunt. Dixit,
ac in fortissima patientia possedit bonam
animam suam in vitam æternam, inde-
cessus

fessus & felix in disponendis moribundis,
præsertim, qui publico suppicio plecte-
bantur.

5. In America anno 1693. à barba-
ris Charibibus odio fidei interfactus
gloriosè occubuit P. Vincentius Lover-
sa. *Ex libro suffragiorum.*

XXI. FEBRUARII.

SXaverius anno 1544. scripsit P.
Francisco Mansillæ in Commo-
rinum eunti , excitando ipsum ad
multam patientiam in laboribus A-
postolicis. Sic tecum reputa, inquit,
quasi purgatorium isthic tuum sit ;
in quo jam noxarum tuarum pœnas
luas : & agnosce non vulgare DEI
beneficium , indulgentis tibi ; ut vi-
vens spiransque, summo gratiæ qua-
stu , ærumnâ multò minore, peccata
juventutis expies. *Epist. nou: libr. 1.*
Epist. 9.

2. Annō 1608. inchoata est sub-
P. Claudio Aquaviva Præposito Ge-
nerali Congregatio Generalis VI.
quam tempore Congregationis V.
cogivolut post sexennium Clemens
VIII.

VIII. Pontifex (ut habetur Decreto 73. Cong. V.) atque in ea eligi novos Assistentes pro Italia, Hispania, Lusitania : qui etiam electi sunt in Congr. VI. Germaniae Assistens non mortus: quia non pridem id muneras susceperebat. Pro Galliae Provinciis datus est Decreto I. Assistens quintus: cum antea habuissent communem cum Germania, & ceteris Transalpinis. Ex Decret. Congr. 5. & 6.

Eodem die obierunt.

3. Cardeliaci in Gallia, anno 1573.
 P. Martinus Guttierrez, Hispanus. Dum per Gallias Romain iret, interceptus ab hereticis, tam dire habitus est; ut intra paucos dies ærumnis sit confectus. S. Theresia, datis Romanis ad P. Assistentem Hispaniae literis, significavit: P. Martinum sibi à Deo ostensum in Choro Martyrum: omnibus religiosis virtutibus in gradu excellenti conspicuus, eminuit singulari prorsus in Virgine in DEI-param cultu & amore filiali, quam vicissim ut Matrem amantissimam experiebatur. Sub pallio ejus vidit aliquando univer-

Sam Societatem collectam , & Nostros ,
velut pullos , sub DEI Matris aliis prote-
ctos . Defuncto in carcere P. Martino ,
adfuicit Matrona spectabilis , quæ cadaver
nitidè composuit , & videri desit .

4. Hispali in Hispania , annō 1616 .
P. Alphonsus Rodriguez , plenus die-
rum & meritorum . Nonagenarius enim
decessit . Per annos 40. summa cum lau-
de Magistrum Novitiorum egit , cāmque
comparavit Religiosæ perfectionis no-
titiam , quam expressit & in moribus suis ,
& in præclaro illo opere *Exercitii perfe-
ctionis* , multo Religiosorum quoniamvis
usu , & repetitis in omni lingua typis
commendato .

5. Cleraci in Gallia , annō 1622 . P.
Hervens Malvesius , Gallus , in Missioni-
bus castrensis , & aliis multa cum lau-
de versatus , ab hæreticis trucidatus est in
opere charitatis , dum capta dolo civitate
pœnitentibus aurem daret . Tanquam
in Sacerdotem sævitum crudelius , decem
vulneribus illatis .

XXII. FEBRUARI.

I. Anno 1659. Alexander VII.
Pon-

Pontifex Maximus iterum erexit
 Collegium Pœnitentiariorum in Ur-
 be ad Basilicam Principis Apostolo-
 rum : siquidem à Pio V. qui id refor-
 maverat, & Societati tradiderat, lite-
 ræ Apostolicæ super hoc expeditæ
 non fuerunt. Alexander igitur ,
 Constitutione incip: *In Apostolicæ di-*
gnitatis fastigio, motu proprio , & de
 Apostolicæ Sedis plenitudine, con-
 firmavit , erexit & instituit iterum
 prædictum Collegium , habitatio-
 nem & redditus assignavit , Collegi-
 um Apostolicum nominari præce-
 pit, & Societati perpetuò tradidit ea
 lege : ut tredecim de Societate Pœni-
 tentiariorum munere perpetuò fu-
 gerentur, &c. *Bullar. Comun. Constit.*
6o. Alexandri VII.

2. Ad componendam Controver-
 siam de Auxiliis Gratiaæ, absque con-
 tentiosis disputationibus , conveni-
 ens existimavit Clemens VIII. : ut
 partes dissidentes convenirent eo-
 ram Cardinale Madrutiō , & exposi-
 tis sententiis suis de natura Gratiaæ
 efficacis & sufficientis , inirent inter-

se viam componendi disfidia. Annō igitur 1599. 22. Februarii convenērunt Generales, Dominicanorum & Societatis, cum quibusdam ex parte utraque Theologis, apud Madručium Cardinalem. Et quidem Societatis Theologi prompti fūerunt ad proponendam Societatis doctrinam, perorante copiosè, solidéque ipso Claudio Aquaviva : Adversarii autem multa tergiversatione conflitum generale declinabant, solius Molinæ censuram urgentes. *Eleuth. hist. de Auxil. l. 3. c. 6.*

3. In Collegio Parisiensi annō 1564. primum apertæ sunt scholæ, multis tempestatibus exagitandæ, sed tandem triumphaturæ. Ut id jure, ac auspicatò fieret, conciliatus primum est Deus per sacrificia, orationes, & mortificationes : deinde à Rege, Regina regnante, & Cardinale Lotharingo impetrata diplomata, actum cum Academicis & regiis Advocatis, adeoque nihil de Divinis & humanis subsidiis neglectum. Hoc demum die propositus est patentibus

bus locis Index lectionum tradendarum. Cæteros inter Professores eminuit P. Joannes Maldonatus, qui Aristotelem assumpsit ex Græco interpretandum & explicandum ; breviisque plures trecentis numeravit ordinarios Auditores. *Sacchin. hist. Soc. p. 2. L. 8. n. 78.*

Eodem die obierunt.

4. In Japonia, anno 1624. P. Didaeus Carvallius, Lusitanus, post ingentia itinera, & labores exantlatos, primum in Cocincina, deinde in Japonia. Comprehensus ibi ab apparitoribus, hyemante cœlo, in fossam aquæ gelidæ cum novem Sociis Christianis missus est nudus, & atroci gelu trium horarum spatiò cruciatus. Extractus indè, & sollicitatus, ut sociis author esset fidei deserendæ ; eos potius, quam potuit, effigie ac fæcissimis verbis ad constantiam hortatus est. Iterum igitur stagno gelido immersi, & palis alligati, perstitere fortes, à prandio ad mediam noctem, ventis nivibusque perfrigidam ; donec vi frigoris animæ corpori-

bus solutæ , evolarent ad supéros , P. Dida-
co ultimum agmen claudente.

5. Græcii in Styria , annō 1612 . P. Martinus Ertmerus , Germanus , Religio-
sus talis , quales optat Societas . Cùm a-
dolescens in Sodalitatem Marianam ad-
legeretur ; DEI - parain Virginem sibi
despondit in Sponsam eō annulō , quem
mater ei tradiderat , & quo in ea familia
juvenes solebant sibi obstringere spon-
sas . Oculis aliquando intentiūs in Crucifixum defixis , moneri se sensit de morte
vicina . Quamvis ergo nulla apparerent
periclitantis valetudinis argumenta , Re-
ctore monito , se ad mortem disposuit Sa-
cramentis susceptis & mox mente mo-
tus est , ac post paucos dies extictus .

6. Hildesii in Germania , annō 1656
Henricus Werden , Coadjutor , Germa-
nus . Omni Religiosa virtute , sed potissi-
mum eximia ad quævis charitatis officia
promptitudine & alacritate eminuit ,
etiam inter non levia vitæ perficula . In civitate hæretica lignis & lapi-
dibus malè acceptus , aliquando ab hære-
ticis ita saucius , ut pro mortuo habere-
tur , tantum abest , ut aliquid prodiderit

in-

indignationis; ut etiam statas quotidie preces sibi pro illis indixerit, & fideliter fuerit executus. Omnem vitam, sed præcipue provectionem, SS. Eucharistia studiosissimè colendæ addixerat: unde multa illi coram eadem, & prolixa, & humilis de genibus oratio.

XXIII. FEBRUARII.

1. **A**nno 1555. S. P. Ignatius dedit literas ad Prete-Joannem, Æthiopiæ Regem, Claudiūm: quibus ei gravibus argumentis author est, ut cum Romana Ecclesia sentiat, & in Pontifice Romano-Principem Apostolorum-Petrum agnoscat, & audit. Commendat deinde Socios 12. cum Patriarcha Joanne Nunnio, & Societate, expeditos ad populum ejus juvandum, & in vera fide instruendum. *Orland. hist. Soc. p. 1. lib. 15. n. 105.*

2. Congregatio Generalis IX. finita est anno 1650. cum post mortem P. Vincentii Caraffæ, Præpositum Generalem legisset P. Franciscum Piccolomineum. Eadem Con-

gregatio decrevit Decr. 6. ut admit-
tendi ad Professionem 4. Votorum
omnino excedant mediocritatem in
virtute. Illi autem censendi sunt ex-
cessisse mediocritatem, qui, ut plu-
rimūm in rebus, quæ occurunt,
operantur secundūm exigentiam
virtutis; speratúrque, idem facturos
in difficilioribus, si quæ id exigeret
occasio; qui parvos defectus reli-
giosè cavent, & si quando labantur,
reprehensiones & pœnitentias li-
benter, atque humiliter excipiunt,
& culpam emendant; qui in quoti-
diano virtutum exercitio Superiori-
bus æquè ac Domesticis satisfaciunt.

Eodem die obierunt.

3. Glacii in Germania, anno 1657.
P. Andreas Metsch, Germanus. Magnæ
in illo eloquentiæ & charitatis dotes, sa-
gax ad animos disponendos ingenium.
Quo factum, ut decies milleni, & eò am-
plius, ab hæresi ad Ecclesiam Christi, nu-
merentur ab illo, traducti; concionales
ministri novem, apostatae à fide centum
ac novem. Sodalitates Marianas octo
cre-

erexit; nec ulli defuit occasionei pietatem & Ecclesiam propagandi.

4. In Gallia, anno 1620. Ludovicus Freredoux, Burgundus, Scholasticus, animam Creatori suo reddidit non solum ab omni noxa lethali immunem; verum etiam eximia charitate & humilitate conspicuam; cuius impulsu deprimebatur, ad vestigia sociorum deosculanda, & calceos eorum nitide expurgandos. Angeli custodis cultui addictissimus, in examine Philosophico meruit eundem habere instructorem. Rogatus enim, unde ipsi tam insolita in respondendo facilitas? sincerè respondit: Arcana voce, distincte ad singula, sibi in auctem suggestum esse responsum.

5. Posnaniæ in Polonia, anno 1667. P. Martinus Hincza, Prutenus: vir insigni gubernandi peritiæ, juxta spiritum, quem in tyrocinio Romano hauserat, rexit Collegia, Thołunense, Gedanense, Jaroslaviense secundum; Domum probationis, & Doicium Professam, Vilnae, & Cracoviæ: denique toti Provinciæ his præfuit, magnæ prudentiæ, zeli, cha-

ritatis, & fortitudinis laude. *Sotusll. in
Bibl. Soc.*

XXIV. FEBRUARII.

I. **L**udovicus XIII. Rex Galliarum anno 1621. plenas propensissimi animi erga Societatem, dedit literas ad Gregorium XV. Pontificem Maximum pro Canonizatione S. Ignatii. Inter cætera : Nulla, inquit, ex omnibus gratiis & favoribus, quos à Sede possum obtinere, tantam mihi dabit voluptatem ; ac hæc sola : ob primam educationem, tam in rebus fidei Catholicæ, quam in bonis moribus, à Patribus Societatis emanatam. Illi hucusque magno bono meo, profectuque, intima meæ conscientiæ gubernârunt. Ad hanc Canonizationem petendam moveor : quia spero firmiter, B. Ignatii intercessionem protectioni mihi futuram, & juvamini potentissimo ad eas res exequendas, ad quas à Deo missus in mundum, & in quibus Religio, quam fundavit, publica utilitate labo-

*laborat , &c. Gomez Elog. Soc. part.
2. Class. 2.*

1. In Gallia, cùm anno 1570. Carolus Rex advertisset, quàm altas radices per omnem Pictaviam egisset hæresis, de ea purganda, Rege dignam suscepit cogitationem. Primo igitur concionatorum suorum id negotii dedit : ut totis viribus incumberet in illas extirpandas. Sed cùm is parùm profecisset, scripsit ad Fratrem suum, Ducem Alenconium, Parisiorum tunc gubernatorem : ut è Collegio Parisiensi sex impetraret Socios, qui ad Pictavos mitterentur, & securim ad radicem ponerent. Designatis in eam expeditionem Archi-episcopus Senonensis, Cardinalis Pellevius, regis nomine viaticum liberale obtulit : at illi incunctanter renunciârunt, Providentiâ Divinâ contenti. Quod valde placuit Cardinali ; addidit tamen : Regem non passurum, ut Evangelizantium curæ onerentur , vel distrahantur mendicitate. Hoc die Pictavium ingredi Patres : quorum tres in alia op-

pida sunt distributi ; tres alii , inter quos Maldonatus , in ea urbe , geminis quotidie habitis concionibus , & insuper publicis disputationibus , hæresi bellum indixerunt eo successu : ut brevi non solùm plurimi è plebe , sed etiam quadringenti circiter primariorum & eruditorum , Ecclesiæ sint reconciliari : imò populus omnis paratus fuerit Catholicis accedere , modò Rex juberet ; ut scilicet non tam victi , quàm coacti viderentur . *Sacchin. p. 3. l. 6. n. 63.*

Eodem die obierunt.

3. Neapoli in Italia , annô 1637. P. Franciscus Pavonus. Statim ac natus est , testatæ sunt , quæ interfuerunt , infantem in genua procubuisse , & ritu orantis , manus in cœlum extulisse . In Societate intellexit divinitus , se gratius DEO præstiturum obsequium , si clerum ad virtutem formaret in Sodalitate , quàm si Indias adiret . Cùm Philosophiam doceret , sexaginta ; cùm Poësim , omnes ejus discipuli religiosum statum sunt amplexi : tanta illis efficacitate de divinis & æternis

lo-

loquebatur ! subinde visus cœlesti lumen fulgere.

4. Cæsaraugustæ in Hispania , annō 1579. Joannes Ximenes, Coadjutor, Hispanus , per securam solidamque obedientiæ cœcæ viam ad superos est delatus , DEI - patræ ductu . Cum enim coram DEI-paræ Virginis imagine , supplex rogaret : num rectum salutis & perfectio- nis teneret trainitem ? disertè respondit Virgo : *Macte animo Ximene ; perge pro- spere per hanc ipsam, quam tenes, obedien- tiæ cœcæ viam : hac rectis itineribus, & regiâ viâ pergis.* Alias ab eadem monitus est , ut memor esset animarum purga- torii.

5. Manilæ in Philippinis , annō 1615 Mathias Sanga , Japon , Scholasticus . Post multam , & admodum fructuosam ope- ram positam in erudiendis populatibus suis Catechesi & concionibus ; in tem- pestate concitata contra Christianos à Daifusama Imperatore ejectus è patria , post erumnamosam navigationem Manilæ diem clausit extremum religiosissimus exul.

XXV. FEBRUARII.

LA Nnō. 1588. Romæ in Bafilica Lateranensi , primâ tonsurâ initiatus est B. Aloysius Gonzaga cum Abrahamo Georgio Maronita , in odium fidei postea cæso à Mahometanis. 28. Februarii factus est Aloysius Ostiarius, 6. Martii Lector, 12. Martii Exorcista, 29. Martii Acolythus est inaugurus. *Nadaf in Indice Memor.*

2. S. Franciscus Borgia anno 1571 à summo Pontifice Pio V. cum Cardinale Alexandrino expeditus in Hispaniam & Galliam ; ut sua authoritate, prudentia & dexteritate, regibus illis persuaderet Societatem fœderis cum Pontifice ac Venetis contra Turcas Cypro imminentes : confessis feliciter in Hispania (non item in Gallia) rebus ; hac die anno 1572 ex Gallia in Italiam iter aggressus est. Quia verò Cardinalis nuncium accepit de mala Pontificis valetudine, coactus est, quam posset maximè, accelerare. *Quæ festinatio magnum me-*
ri-

ritorum cumulum per patientiam
adjecit Francisco. Utebatur enim
& ille tam ægra valetudine: ut per
eam vix potuerit attingere Romam,
ac paulò post sit consumptus. Divi-
næ autem bonitati placuit exaggera-
re servi sui patientiam. Nam præter
incommoda quotidiana viarum, illis
diebus, qui quieti dabantur, cru-
ciabatur ille vehementius, augente
Deo dolores, ut auctius esset præmi-
um, quod proprius aberat & viæ & vi-
ta terminus. *Sacchin. p. 3. lib. 8. n. 6.*
Et seq.

Eodem die obierunt.

3. In Paraquariá, Americæ regione,
anno 1651. P. Adrianus Knudde Cre-
spus, Belga, post Apostolicos labores an-
nis 23. impensis rudibus illis barbaris in-
struendis. Conciones elaborabat accu-
ratissimè, illud identidem ingeminans:
Maledictus, qui opus DEI facit negligenter. Barbarorum benevolentiam sibi
conciliabat, ingeniosè adornatis munii-
sculis: quæ ibi pro miraculis habeban-
tur. Quoties cubicnlō exibat, vel rever-
teba-

tebatur, DEI-param Virginem reverenter salutabat; nec ullum præterire patiebatur sabbatum absque jejunio.

4. Massiliæ in Gallia, anno 1655. Philippus le Fort, Coadjutor, Gallus, post bis præstitum pestifera lue tactis obsequium ad immortales transiit, cum ea sanctitatis opinione; ut in exequiis prohiberi non potuerit populus, quia in ejus rosarium, vestis lacinias, & similia diriperent ad venerationem. In omnem se afflictandi occasionem intentus, per totos 40. annos lecto abstinuit.

5. Catanæ in Sicilia, Basilius Lazzari, Coadjutor, Siculus, per ipsos duo de viginti annos, quibus Janitoris munus Catanæ obivit, nunquam in silentii legem peccavit: necessaria responsa dabat ita librata, ut verbum nullum esset superfluum. Perpetuò versabatur cum Deo, Sancti nomen domi forisque consecutus. Ajunt, eum futura ex vero prædictisse, adhibito P. Lætavallii pileo mira patrasse, coram SS. Eucharistia sublimem à terra conspectum. Patris Michaëlis Lætavallii animam vidi ab Angelis gestientibus in cœlum deduci.

XXVI. FEBRUARII.

I. **C**lemens VIII. in Controversia de Auxiliis gratiæ imposuerat utriusque parti silentium. Quod cùm ægrius ferrent PP. Prædicatores, supplicem Pontifici porrexerunt libellum ; ut ipsis relaxaret Decretum, quo tamen PP. Societatis strigì volebant. Pontifex re mature discussa, dato Brevi hac die, anno 1598 relaxavit utrisque : ut possent doctrinam suam in ea Controversia, tradere in scholis, atque de ea publicè disputare. Verum sicut per impositum silentium, ità per ejus relaxationem evitari non potuit : quin causa devolveretur ad Curiam Romanam.
Eleuther. hist. de Auxil. lib. 2. cap. 29.

2. Florentiæ grande coortum incendium intempesta nocte , flante vento vicinas ædes corrigerat, jámque pervenit ad domum Donati Gallegati : cui cùm nullum suppeteret medium , quo flammarum domaret; ingenua provolutus, Tutelares suos Divos Ignatium & Xaverium supplex

plex invocavit , spondens : se omni studio Dei offensam deinceps evitaturum , si salva persisteret domus . Et ecce sublimes in aëre videt Santos , audivitque Ignatium immunitatem ab incendio promittentem . Quæ sinè mora secuta est , compres sis , quæ undique domum cinxerant , flammis . *Bartoli in vita S. Ignati lib.*
5. n. 11.

3. S. Xaverius in epistola ad P. Simonem Rodericum data Cocino : Mihi , inquit , nihil gratius accidere potest in vita ; quam in maximis meis periculis , Christi Domini , & Christianæ religionis causâ suscep- ptis , vitam transfigere . Christianum quippe est , in cruce magis , quam in quiete lœtari . *Epist. veterum , lib. 2:*
epist. 12.

Eodem die obierunt.

4. Laureti , anno 1594. P. Joannes Leleszy , Hungarus . E Transylvania ab hereticis proscripto , venenatum poculum , in odium fidei , illustris quædam , sed heterodoxa matrona porro exerat : unde in

in domo Mariana, velut in Sinu DEI-patris Virginis sensim contabuit. Virum ad omnia summa natum , vocant Annales. Qua diligentia incubuit in instituendum Catholica Religionem Sigismundum Batoreum Principis Transylvaniæ Filium ; eadē in profliganda per Transylvaniam hæresi usus est. Claudiopoli magnum Catholicorum numerum reliquit ; ubi non plures, quam sex repererat.

5. Mediolani in Italia , anno 1602 : P. Joannes Baptista Velatus ; ab ipso S. P. Ignatio ad Societatem receptus , vir multæ laudis, ac potissimum obedientiæ. Cùm æger ad extrema devenisset , fratre qui curam habebat , non advertente, imò altum dormiente ; objecta est eidem fratri species sacrificantis P. Joannis, ministrante spectatissimæ venustatis adolescentे. Post consecrationem minister ille Angelicus , cereum è candelabro sumptum attulit fratri, monuitque, ut si. nè mora adesset agonizanti Patri. Ex- pectus ille , accurrit ad ægrum , repe- ritque animam agentem. Advocati pro- perè domestici, migrantem animam so- lita comprecatione sunt prosecuti.

6. Febr.

6. Ferrariæ in Italia, anno 1611. ab arduis missionibus, legationibus, & laboribus, quievit in Domino P. Antonius Possevinus, italus. Vir quam acris ingenii & singularis prudentiæ; tam religiosæ virtutæ, & ferreæ tolerantia. Plurima egit & passus est in Sabaudia & Gallia ab hæreticis, quos acerrimè impugnabat. A Gregorio XIII. gravissimis legationibus adhibitus, bis in Sueciam ad Joannem III. Regem; bis ad Joannem Basili, magnum Ducem Moschoviæ, atque ad Stephanum Poloniæ Regem; bis ad Romanorum Imperatorem, expeditus est, parique felicitate ac celeritate negotia expedivit. Ipsius operâ atque industriâ sedem stabilem Cracoviæ obtinuit Societas; per ipsum Pontificia liberalitate instituta sunt Clericorum Seminaria Græci, Oloimucii, Pragæ, Brunsbergæ, Vilnæ, Claudiopoli. Fractis corporis viribus, animam indefessus applicuit ad lucubrandum, præsertim pro fide orthodoxa. Opera ejus in varia materia virginati quatuor recenset Sotuellus *in Biblioth.*

XXVII. FEBRUARII.

I. **A**NNO 1594. Henricus IV. inauguratus est Rex Galliae, magno regni & Societatis bono, cuius strenuissimum constantemque se exhibuit Protectorem & Promotorem, contra haereticorum odia, & decreta Senatus Parisiensis, à quo toto regno proscripta fuit ; sed à Parlamentis Tolosano & Burdigalensi in suis jurisdictionibus conservata ; ac tandem anno 1604. auctoritate ac inde fesso studio Optimi Regis, non solum omnibus suis sedibus restituta ; sed etiam aucta. Flexiensi Collegio munificentissime fundato & dotato à Rege : qui pro ampliori animi sui erga Societatem contestatione, ex eadem P. Petrum Cotonum, virum Religiosissimum & eloquentissimum, sibi delegit in Confessarium & Prædicatorem. *Spondanus anno 1594. num. 12. & 13. Item anno 1604. num. 4.*

2. In Germania Collegium Ratisbonense, ante quadriennium inchoatum,

tum , anno 1589. absolutum est. Monasterium enim Sanctimonialium S. Pauli , propè vacuum , eidem à Pontifice Sixto V. traditum est hoc die , quondam à S. Wolfgango Ratisbonensi Episcopo conditum. In sacra Suppellæctili inter cætera calix erat , & vestis , quibus ipse S. Wolfgangus , ante Sexcentesimum annum in sacrificiis utebatur. *Sacchin. p. 5. lib. 9. n. 104.*

Eodem die obierunt.

3.. Londini in Anglia , anno 1601. P. Rogerius Filcocus , Anglus. Inclita Herroum fidei morte occubuit Londini , suspensus & sectus , post egregios pro fide Catholica exantlatos labores.

4. Ibidein Lincolnia , anno 1645. P. Joannes Grossus , Anglus , incruenta , sed ærumnosa morte , sublatus est. Septem ac viginti annorum Apostolicos ejus labores , dirus carcer exceptit per menses septem , ex quo quidem amicorum operâ redemptus est , sed viribus adeò attritis , ut mense non integro superstes , viribus defectis conciderit , atque absoluto sa-

cri-

critio divino, inter varia pietatis exercitia exprimitur.

s. Ulyssipone in Lusitania, anno 1580. Alexander Cœlhus, Lusitanus, Coadjutor temporalis, inter obsequia pestiferis addicta, occubuit; vir, quem ad mortis talis gloriari à prima infantia Deus mirabiliter servavit. Patrio in vicino mulier honesta, conspicata in compito canem involucrum quoddam ore gestantem, abegit, eripuit, atque in eo infantem ægrè ducentem animam reperit; baptisatum educavit pro suo. Aliquanto post aheno aquæ ferventis vix se se non extinxit. Deinde adolescens stipendia meruit per Europam, & in classe ad Echinadas contra Turcam feliciter pugnavit. Ibi puellæ pudicitiam à commilitonum petulantia, datis armis suis, redemit: cùmque impar esset aliis emendis, militiâ profanâ relictâ, in Lusitania Societati nomen dedit, atque in ea insignibus humilitatis, patientiæ, charitatis; atque obedientiæ relictis exemplis, vixit. Socios in eodem pretioso charitatis obsequio habuit octo in eadem urbe. Eboræ verò

verò quatuor, Conimbricæ unum. *Alegambe in Victim. Char.*

XXVIII. FEBRUARII.

I. **S.** Franciscus Xaverius, cùm anno 1552. Collegii Bazainensis Rectorem constituisset P. Melchiorrem Nunnez: certam illi misit instructionem, ad cuius amissim suum obserret munus; ac denique monet: Super omnia; per quantum obsequi & gratificari Deo Domino Nostro studes, oro & obsecro te; cave, nè in offensionem cujuspiam incurras, aut justam præbeas occasionem querelarum. Id assequeris: si te demissè modestum, & ab omni specie fastûs, alienissimum semper populus observaverit. Quare auspicari præfecturam, edendis publicè tui depressio-
nis exemplis, debes, obeundo pa-
läm omnis generis officia humilia; in nosocomiis, in custodiis; mini-
strando egenis, rudem plebem do-
cendo, &c. Hæc imprimis popula-
ria, amorem in te multitudinis ac-
cen-

cēdēnt. *Epistol. novarum libr. 5.*
epist. 13.

2. Idem Sanctus post longum & ærumnosissimum iter suscep̄tum & confectum in Japoniæ metropolim Meacum, exeunte Februario anni 1551. coactus est idem iter releggere, rebus infectis, iisdem terrâ marique periculis. Fervebat enim in urbe amplissima apparatus sævi belli in vicinos Reges; nec erat, qui prædicanti aurem dare vellet. Amanguccium ergo rediit: ubi quamvis ante iter Meacense malè habitus esset, & Apostolicâ sagena nihil cepisset; invenit corda jam aliter disposita, Deo volente servo suo compensare steriles labores itineris Meacensis. Nam bimestri spatio baptizavit quingentos, magnam partem illustres nobilitate, ac literis. Regem autem, à quo antea spretus fuerat, invenit tam benevolum: ut publico edicto copiam faceret subditis suis, Christiana sacræ amplectendi. Donum quoque linguarum ipsi Deus instauravit ita: ut Sinicè & Japonicè expeditè prædicaret

L

ret

ret, atque ad propositas plures & diversissimas quæstiones uno re-
sponso satisfaceret. *Bartoli in Vita*
lib. 3. n. 26. &c seqq.

3. Annō 1573. Gregorius XIII.
per Breve incip: *Ex Sedis Apostolica
benignitate*, approbat concessam à
Paulo IV. & Julio III. atque de no-
vo, motu proprio, concedit Societa-
ti facultatem, Horas Canonicas reci-
tandi extra chorūm, & privatim, à
singulis, qui ad eas tenentur: *quò a-
criùs studiis, & prædicationibus inten-
dere possint.* Itèm, ut, qui bienniō ty-
rocinii finitō vota fecerunt, possint
ante solemnem Professionem sacros
Ordines suscipere. *Bullar. Soc.*

Eodem die obierunt.

4. Conimbricæ in Lusitania, annō
1598. P. Ignatius Martinius. Floridus
primò concionator; sed postquam Pa-
tavii S. Antonii de Padua linguam piè ex-
osculatus est, repente in Oratorem alium
mutatus, Apostolicum dicendi stylum,
magno auditorum fructu tenuit. Extre-
mos 17. annos catechesi tradendæ addi-
xit,

uit, ut commissos olim in seclanda puer-
da eloquentia errores expiaret. Inter
catechisandum, cum aliquando rogasset;
ut Salutationem Angelicam quispiam re-
citatet; obmutesceribus ineptâ vere-
cundiâ cæteris, infans semestris vinculum
lingue rupit, & clara voce recitavit. Eo
anno, quo obiit, pro concione dixit: ex-
ptare se reliquam omnem ætatem flexis
genibus orando transfigere, inter actiones
gratiarum Divinæ bonitati; quod in
Societate vixisset. Sacrum munquam
sine cilicio celebravit; notatus, singulis
noctibus horas quinque meditationi de-
disse.

5. Manilæ in Philippinis Insulis, an-
nō 1615. Andreas Saito, Coadjutor, Ja-
pon. Non verbis solum, sed disertiori-
bus factis, ut perpetuo sui contemptu, fi-
dei zelo, paupertatis studio, civibus suis
prædicabat Christum, multisque saluti
fuit. Comprehensus, cum Christo con-
stans adhæret, etiam ad tormenta para-
tus, ejectus est in exilium. Inter navi-
gandum ærumnis fractus, exilium cum
beata patria commutavit.

6. Vilnae in Lithuania anno 1670. P.
L. 2 Be-

Benedictus Boyn Roxolanus Leopolis-
ensis. Ut ingrederetur Societatem, dixit
amico suo, se à DEI-para Virgine, cuius
erat studiosissimus, monitum. Nè au-
tem frater natu major impediret; nu-
meratis ei de patrimonio suo decem mil-
libus florenorum, obtinuit, eoque pre-
tio religiosam sibi comparavit paupertas-
tem. In Societate ardentissimo anima-
rum zelo flagrabat semper; cùmque In-
dias impetrare non posset; ad revocan-
dos in Ecclesiæ gremium Schismaticos
Ruthenos, totus incubuit & prædicatio-
ne, & libris editis. Proximus morti Sa-
cerdotem præsentem compellavit: Pa-
ter mi, vidēt n e? Ecce adsunt SS. Patres.
Ecce stant ante lectulum meum. Ecce S.
Nilus: O S. Nil e, ora pro me. Græcos
enim Patres venerabatur impensius, ut
Patronos haberet contra contumaciam
Schismaticorum. Ex Annuis.



I. MARTII.

S. Xaverius, ex insulis Molucis re-
ver-

versus , inexplicabili gaudio suo excepit ibi Angerum quendam nobilis Japonem, adventum suum summo desiderio operientem. Torquebatur enim is homo irrequietis conscientiae turbis , metuque suppliciorum æternorum. Quamvis enim ethnicus , nihil adhuc de Evangelio edocetus , certum tamen habebat ; ut erat ingenio insigni , animam corpori mortuo superstitem esse , & post fata dandas ei esse pœnas pro delictis commissis : nec in ullis Bonziorum officinis remedium reperit , angoribus suis sedandis. Ergo Xaverio , de quo magna miraque acceperat per famam , instituendum se tradidit. Ille solita comitate sua hominem facile sibi devinxit : atque , ut per otium liberalius institueretur , Goam , quod properabat , secuni duxit. Malacâ (post debellatos prodigiösâ victoriâ Acenos non tam à Lutitanis , quam Xaverio) profecti , anno 1548. Goam pervenerunt ineunte Martio. Ibi Angerus egregiè instructus , cum duobus famulis , sole-

mni pompa ab Episcopo baptizatus est ; mirum in modum exultante Xaverio, ob has Japonum primi ias Deo oblatas. *Bartoli in Vita libr. 2. n. 49. & 50.*

2. In Hispania ipsis Martii Calendis, anno 1549. aperta est Gandiae prima Societatis Academia, à S. Francisco Borgia, tunc adhuc Dux agente, erecta : quam diplomatibus Pontificiis, & Cæsareis communivit, ornavitque, Carolo V. Rege ac Imperatore, omnibus Academiarum, Salmanticensis & Complutensis, privilegiis, eam honorante. *Orland. hist. Soc. P. I. l. 7. n. 55. & lib. 9. n. 75.*

3. In Urbe deprehensus tandem est anno 1590. insignis impostor, è Societatis dimissus tyrocinio ante annos complures, ob morbos incurabiles Philippus Justinianus. Instituit ille quæstum facere ex valetudine sua infirma, sive vera, sive potius affectata. Mirabiles prodebat paroxysmos & symptomata, quæ nemo medicorum intelligebat. Multis in hunc modum exactis annis, prænun-

cia-

siare capiat, se Pontificis Sixti V. benedictione valetudinem recuperatum: ita sibi DEUM significasse. Ipso ergo die Circumcisionis anno 1589. in Vaticanum se deduci jussit. Sextus re audita, subridens respondit: se Pontificem non esse, qui miracula faciat: tamen cum rogaretur, formato signo crucis de more benedixit. Aeger illicet surrexit, & sanus domum rediit. Ergo iterum petit, tanquam plenè sanus, admitti ad Societatem: sed Claudius aliquid subodoratus, distulit de die in diem. Tandem hoc die anno 1590. prodigias est. Dum enim inter vespertinas tenebras domum se recipit, auditur fragor explosi sclopeti, & Philippus se percussum exclamat. Accurrunt urbani satellites, vident vestes perforatas, & plumbeam glandem in pectora compressam. Miraculum exclamatur. Sed satellites percussorem insequentes, comprehendunt: qui sine torturis fassus est, sibi ita convenisse cum Philippo. Philippus quoque confessus est, se vestes perforas-

se, globum sinui indidisse, & morbos confinxisse; parūmque abfuit, quin capite fraudes lueret. Deportatus est in insulam Melitam. *Sacchin.* p. 5.
l. 10. n. 4. & seqq.

Eodem die obierunt.

4. In America apud Papigochos anno 1652. in odium fidei cæsus P. Jacobus Antonius Basile Italus, eo ipso tempore, quo Christianos Pœnitentiaæ Sacramento expiabat. Inter sacrificandum, eodem, quo à barbaris obtruncatus est, die, sublata de more sacra hostia visa est cruento circulo circumdata, & deposita super sacrificalem mappulam, eandem recenti sanguine cruentavit. Complures Indi festati sunt: se vidisse, ex ore morientis P. Jacobi pulcherrimum infantem in cœlum evolare, duobus aliis parvulis stipatum. Ad tam felicis mortis gloriam, à teneris annis sese disposuit tantâ innocentia in lubrica ætate; ut, quod alias de S. Bernardino traditum est, ipso præsente nemo præsumeret putidum aliquod verbum proferre.

5. Cosini in India Orientali anno 1645.

1645. in sinum DEI-paræ Virginis se recepit Petrus Bastus, Coadjutor, Lusitanus. Ipsam enim tenerima & constanti pietate, unâ cum Sancto Angelo Custode, semper coluerat, singularibus gratiis vicissim ab ea honoratus. Ferunt, visitantem quoddam DEI-paræ templum, ac peregrinatione fessum, prandiô cœnaque refectum ab ipsa, locumque monstratum, in quo securus quiesceret. Alias cum Novitiis Societatis de more peregrinanti, comites se dederunt Matrona illustris, cum viro ætate & autoritate venerando, atque suavissimo punctione. Cumque pios peregrinos instructâ cœnâ recreassent; rogati, quinam essent? responderunt: *Nos fundavimus Societatem*; simûlque videri desierunt. Alebat Petrus hanc cum DEO & DEI-paræ familiaritatem prolixa & fervente oratione. Sub noctis enim medium è strato surgebat, & reliquum noctis in oratione ducebat: quidquid contrâ fremerent tenebrarum potestates.

6. Eboræ in Lusitania, anno 1561.
Gaspar Fonseca, Novitus, Lusitanus.
Paucorum mensium tyro tam' robustam

prodidit virtutem, quando fœdum apostolica in ejus latere saepius aperiendum fuit: ut Medici stuparentur; unde in corpore teneri adolescentis tanta fortitudo & animi excelsitas? Sed illam Gaspar traherat e vulneribus Christi, quæ tune mente volvebat. Nullum aliud unquam solatum, auxilium aut remedium expectavit. Interrogantibus, quemadmodum haberet? perpetuo respondebat: *Bene, laus Dei.* Pharmaca acerbissima Obedientiae saccharo condita, avidissime hauriebat. Ubi de vita desperatum esse intellexit; ita gaudio exiliit: ut revivificare spe mortis vicinæ sit visus.

II. MARTII.

I. Xaverius, postquam Classis, quâ vehebatur e Lusitania in Indiam hyemasset in Mozambico; initio Martii movit Goam, defunctus periculosisimo morbo, post septies incisam venam: quem contraxerat ex obsequiis spiritualibus & corporalibus indefessè impensis multitudini ægrorum. *Bartoli in Vita libr. i. num. 21.*

2. Annô 1589. sancte defuncti
Cardinalis Alexandri Farnesii cor-
pus hoc die illatum est Basilicæ Do-
mîns Professæ Romanæ, quam ipse in
perpetuum sui erga Societatem affe-
ctus monumentum, magnis sumptu-
bus splendidè exstruxerat. Ibi à
præsentibus quadraginta duobus
Cardinalibus justis funebribus est
honoratus, panegyrim perorante
nostro P. Francisco Bencio. Visus
est magnus hic Cardinalis singulari
Dei providentia electus, qui mini-
mam hanc familiam, velut è fasciis
eduçtam, paternæ charitatis sinu fo-
veret, ac luce virtutis dignitatisque
suae illustraret. Ità Ordinem nostrum
ab ipso illius exordio finè exemplo, &
ad extremum usque spiritum finè tæ-
dio aut intermissione, fovit, promo-
vit, commendavit, præsidio ac patro-
cino protexit. *Sacchin. p. 5. lib. 19.*
n. 35. § 44.

3. Cùm sparsa esset per Urbem
fama annô 1589. de proxima Cardi-
nalium novorum creatione, inter
quos non ultimus ponebatur P. Bel-

L 6 lar-

farminus, propter insignia in Ecclesiā
siam viri merita, & sanētimoniam:
percusus ipse est graviter, non igna-
rūs; famam publicam & sāpē errare,
& subinde verum canere. Neque
diu dissimulandum sibi putavit. Hac
die, sub noctem accessit Præpositum
Generalem, porrectaque syngraphā
monuit: ut pro ratione Instituti So-
cietatis, eam dignitatem, si fortè, jux-
ta rumorem publicum, deferretur,
totis viribus à se arceret; se quoque
partibus suis non defuturum. *Patre-
sancta in Vita lib. 3. c. 1.*

Eodem die obierunt.

4. Vilnæ in Lithuania, anno 1591. P.
Antonius Arias, Hispanus, Theologiz.
Professor eruditissimus. Inter alternan-
tes gaudii & pœnitentiæ affectus, religio-
sissimè extinctus est. Nunc in sacros
cántus erumpet: *Cantabo Domino in
vitam mea; psallam Deo meo, quamdiu fuc-
rō, &c.* mox pœnitentiales intermisce-
bat threnos, cum S. Augustino dicens:
*Nemini, etiam Sancto, ex hac vita disce-
ndendum esse sine pœnitentia.* Cùm con-
scienc-

scientiam remorderet scrupulus quispam ; quod in morbo Medici judicio non omnino conformasset suum, tametsi re ipsa morigerum se præstisset : institit, ursitque apud P. Rectorem : ut in triclinio eam ob rem, culpâ, ut ajunt, diétâ, accusaretur : idque tertia ante mortem horâ iterum petiit, quælibetque ; an peractum esset, quod flagitârat ? Tama delicatæ conscientiæ in vita & morte fuit : & necesse est, esse Religiosos.

5. Neapoli in Italia, anno 1590. celebris alter Theologus, pro capessenda laurea cœlesti abiit, P. Augustinus Justinianus ; Pauli Justiniani, Genuensis Reipubl. Ducis filius. Tantis ingenii ac memoriæ dotibus, instructus apparuit : ut cum Philosophiam Theologiamque doceret Mediolani, Patavii, Romæ ; non nisi è memoria dictaret. S. Augustinum in locos communes digesserat, juxta methodum S. Thomæ, videbaturque totum memoriâ tenere. Nam ubi ubi res postulabat, aptissima ex Augustino loqua, è memoria, non aliter ac è libro recitabat. Sed plus in illo laudis habebat ratio vivendi ad omnes legum apices accuratissi-

tissimè composita: sive quæ sublime ingenium est annulus sive gemma.

6. In Hispania, non procul Occania, redux Româ occubuit anno 1649. P. Antonius Perez, Theologi admirabilis elo-gio honoratus, ob disputandi subtilitatem pariter ac soliditatem. Card. Pallavicinus, illius in cathedra Theologica Romana, Collega, hoc eum ornat encomio, in Vindiciis Societatis : Antonius Perez, in Theologico Magisterio mihi Collega, vir ingenio mortalium, quos unquam noverim viventes, aut unquam in Societate nostra floruisse, sciam, pro mea aestimatione nulli secundus, simulque religione, ac pietate inclytus. Qui extremam ejus confessionem in itinere exceptit, Religiosus S. Francisci, sanctè testatus est : P. Antonium cum prima gratiæ stola, in baptismo accepta, obiisse.
Sotuell. in Bibl. Soc.

III. MARTII.

I. **C**lemens VIII. Pontifex Maximus in frequenti Purpuratorum Patrum Senatu, anno 1599. tridecim Cardinales novos nominavit; atque

atque inter hos P. Robertum Bellarminum S. J. de cuius electione sic protocatus est : *Hunc eligimus, quia non habet parem Ecclesia Dei quoad doctrinam ; Et quia est nepos optimi & sanctissimi Pontificis Marcelli II.* Hoc accepto nuncio, hæsit primum attornitus Bellarmianus ; deinde solatus in lacrymas, convocari curavit Seniores omnes Collegii Patres, rogans ; quid concilii suporesset ad purpuram declinandam ? Dum consultatur, & media declinandi queruntur : adsunt ex aula Pontificia, qui tergiversantem deducant ad Pontificem, pro delati honoris insignibus capessendis. Adventanti occurrit Cardinalis Aldobrandinus, nomine Pontificis inhibens sub poena Excommunicationis, nè reluctaretur. Parensum ergo fuit occlusis undique effugii viis. *Petrus Sancta in Vita lib. 3. c. 1.* Prædicabant interea cuncti non minorem eligentis Pontificis, quam e-
ius, qui eligebatur, gloriam : adeò, ut Cardinalis Petrus Carafa non dubitaret affirmare invidendam Summe

mo cuilibet Pontifici fuisse Clementis VIII, felicitatem, qui Bellarmini & Baronii præclara merita Romano coronare potuisset ostro. Idem profitetur Joann. Nic. Eryth. Tom. I. n. 47. *Duos, inquit, singulari ingenio, sandissimis moribus & incredibili eruditione viros hæc nostra ætas in amplissimo Purpuratorum Patrum Collegio conscepit, quorum utrumque plus ad Purpuram Splendoris attulisse, quam ab ea accepisse, est in confessu apud omnes; nimurum Robertum Bellarminum, & Cæsarem Baroniū.*

2. Magni favoris Divinerga Societatem fuit hæc proœctio Bellarmini ad supremum Ecclesiæ Senatum. Opportunissimè enim accidit eoque tempore, quo coram eodem Pontifice, Clemente agitanda fuit causa Libri Molinæ, & vindicanda Societatis doctrina, de Auxiliis Divinæ Gratiae, & Prædestinatione. Scientissimus enim doctrinæ Societatis Bellarminus, egregiè eam declaravit, & indemnum servavit.

3. Clemens vero Pontifex Maximus,

mus, cùm circa eam Controversiam componendam, vel definiendam, annis quinque & amplius laborâisset, & coram ipso Disputationes 37. habitaे fuissent; negotio non confecto decessit hac eadem die, anno 1605.
Eleuther. hist. de Auxiliis lib. 5. cap. 53.
Quantum estimaverit doctrinam Societatis, vel indè patet: quod eam vocarit Societatem ingeniorum. Conzen. lib. 6. Politic. c. 28. §. 5.

4. Annō 1590. B. Aloysius Castilione ad concionem dixit, ardore ac efficacitate tanta: ut necesse fuerit Sacerdotes seculares & religiosos totā eam noctem audiendis confessionibus distinseri. *Nadafī in Indice Memor.*

Eodem die obierunt.

5. Londini in Anglia anno 1595. P. Robertus Sotuellus, Anglus: In odium fidei suspensus & excarnificatus. De cies toleravit equulei tormentum, animō non solum constanti, sed etiam sereno, ad stuporem ipsorum hæreticorum. De statu vitæ deliberatione habita, dixit: se Societatem diligere, ut tres in ea conse que-

queretur laureolas; Virginis, Doctoris, & Martyris. Consecutum esse, argumento sunt mores innocentes, zelus Apostolicus & mors cruenta pro fide.

6. In Corsica, maris Mediterranei Insula, anno 1554. P. Sylvester Landinus Italus, à S. P. Ignatio, quamvis non omnino è Societate dimissus, in patriam tamen, extra Societatis domicilia, reinclusus fuerat: quod in morbo stomachosior, & non optimi exempli visus esset. Quæ poena stimulus illi fuit, ad magna & agenda & patienda, ut dignum se Societate præstaret, & in gratiam S. Patriarchæ rediret. Præstans illi erat, solers, & industrium ingenium, quotidiana jejunia, dies laboriosissimi, noctes ferè insomnes, fructus in animabus par laboribus. Virum Apostolicum homines laudibus, Deus raptibus extaticis, dono prophetiarum, & coelesti lumine honorarunt.

7. Romæ anno 1589. P. Joannes Baptista Eliasius, verus Israëlite, gente Hebreus, natione Ægyptius, in finum Abramahæ receptus est. Magna illi nationum, linguarumque peritia & dexteritas. Domini nostre receptus hospes, cum vidisset

disset Nestros ad pedes sibi abluendos provolutos, vehementer ea hamilitate & charitate firmatus est in sancto proposito. Ut quantocyus salutaribus aquis expiaretur, impulit ipsius candida columba, quæ in Collegium ad volans, ipso spestante, delapsa est in puteum. Lotus ergo, in Societatem admissus, necessariaque doctrinâ instructus, Memphis in Ægyptum missus est à Pio IV. Pontifice: ubi à matre Hebreæ agnitus, multis insidiis appetitus, feliciter, quamvis naufragio facto, evasit. Ad Maronitas quoque Pontificis iussu non semel profectus, res arduas feliciter confecit. Multa de illo dat historia Societatis. p. 3.

8. Viennæ in Austria, anno 1679. P. Joannes Nadasî, Hungarus: Vir insigni pietate ac eruditione, quæ relucent in plurimis ab eo editis libris & libellis, ad excitandam & fovendam pietatem. Duobus Prepositis Generalibus, P. Nickel, & Oliva fuit ab epistolis latinis ad Provincias Assistentiæ Germaniæ: denique Confessarium egit Augustissimæ Eleonoræ Imperatricis Viduæ, vir ad eum annem

mnem religionem & eruditionem formatus.

IV. MARTII.

I. **S** Pater anno 1547. Epistolam de Perfectione Religiosa, dedit ad Patres Fratresque, qui sunt in Hispania. 1. Liquidiſimo gaudio se perfusum refert, acceptâ notitiâ: quâm acri studio incumbant in virtutum solidarum studium. 2. Urget: ut fervore constanti spiritûs progradientur ad apicem perfectionis. 3. Monet: ut fervor non sit indiscretus, sed prudentiâ & Superiorum nutu regatur. 4. Hortatur: ut, dum faluti & perfectioni propriæ incumbunt, non obliviscantur salutis & perfectionis proximi. *Ex literis Praepos. Gener. epist. 2. S. Ignatii.*

2. In Polonia Illusterrimus Episcopus Chijoviensis & Czernihoviensis, Thomas de Rupniew Ujeyski, post multas preces, solicitationes, labores, & intercessiones etiam Regum, tandem anno 1676. obtinuit Româ licentiam dimittendi Episco-

pa-

patum, & Religioso Ordini se se ad-dicendi. Quam ille mira spiritus ex-ultatione , & madentibus gaudio la-crymis exceptit ; ac sine mora se ac-cinxit ad ingressum Societatis , futu-rus tyro inter tyrones , sed absolutæ perfectionis Magister etiam Profes-sis. *Jo. Brictius in vita c. 30.*

Eodem die obierunt.

3. Messanæ in Sicilia P. Hieronymus Ottehus. Ob stupendam vim sacri elo-quii , & morum innocentiam , elogium illud consecutus est : *Domi agnus, in pul-pito leo.* Nonnunquam Evangelicum illud ipsi applicatum est : *Nunquam sic lo-cutus est homo.* Quamvis in illo nullæ eximiæ dotes humanæ elucerent , non corporis forma , non vox gratiosa , non oratio compta : tantum tamen valuit di-cendo Romæ, Florentiæ, & Messanæ : ut cordium Dominus diceretur. Tantam dieendi vim & felicitatem alebat potissi-mum & acuebat profunda humilitate, & crebra diuturnaque oratione : cui dimi-diam noctis partem dabat.

4. Jaroslaviæ in Polonia anno 1593.
P. Benedictus Herbestus, Roxolanus. Inventus est in medio cubiculi, flexis genibus in modum orantis compositus, sed exanimis. Relicto Posnaniensi Canoniciatu, in Societate indefessum & planè Apostolicum egit operarium. Verbo & opere potens, multas de hæreticis retilit palmas; quarum princeps fuit, quam tulit de principe fœmina, Elisabetha Radivilia, admodum sciola; ac primum Calviniana, deinde Ariana, tunc Hebræa, denique labore P. Benedicti Catholica.

5. Posnaniæ in Polonia anno 1613.
P. Stanislaus Grodzicki, Polonus. Cùm Romæ funeri B. Stanislai Kostka adfuisse, spiritum in eundæ Societatis concepit; ad quam ut instruētior veniret, iussus est Theologiæ Doctoris laureâ insigniri. In patriam redux, exacto tyrocinio, periclitanti Litvania ob invalentes hæreses, tam strenuam efficacemque tulit opem: ut Litvania Apostolus dictus fuerit. In publica urbis platea hæreticus puor transeunti fœdè faciem consputavit: quod advertens mulier catholica, magno clamore viciniam concitavit, &

jam tumultus oriebatur. At P. Stanislaus negavit sibi ignominiam factam : nihil enim honorificentius esse , quam Christi causâ quidpiam pati ; composuitque turbam placido vultu & sermone. *Sotuell. in Bibl. Soc.*

V. MARTII.

I. **P.** Simon Rodericius , ad Indias Orientales cum S. Xaverio destinatus, Româ abiit cum Paulo Camerte in Lusitaniam anno 1540. In itinere pertinacem contraxit quartanam , qua confictatus est etiam in Lusitania , usque ad Xaverii adventum. Is cum eodem anno, exente Junio Ulyssiponem pervenisset , atque Simonem in Nosocomio decubentem , tenerimæ charitatis amplexu arctissimè strinxisset : illiç febris omnis fugata est , nullo sui reliquo vestigio. *Bartoli in Vita S. Xaverii lib. I. n. 7. § 12.*

2. In Hispania concitatæ sunt anno 1594. non leves turbæ ab Adversariis Molinæ , occasione Thesium , quas publicè defendendas proposue-

rat P. Antonius Padilla, è Societate, vir stirpe illustris, sed doctrinâ & virtute illustrior, Theologiæ Professor in Collegio Vallisoletano S. Ambro-
sii. Quæstio proposita fuit: *An cum
æqualibus Auxiliis gratia (scilicet Præ-
venientis) possit contingere; ut è duo-
bus infidelibus ad fidem vocatis, alter con-
vertatur, manente altero in infidelitate?*
Quam quæstionem sex Conclusioni-
bus, ex Molinæ Concordia excerptis
solvit Padilla. Offensus est gravissi-
mè ea doctrinæ Molinianæ defensio-
ne P. Didacus Nunno Ord. Præd.
qui jam antè sexigis invectus fuerat
in Molinam, contrariisque Thesibus
promisit se erroneam & hereticam
eam doctrinam confutaturum. Sed
non contrarias proposuit, verùm
longè diversas, & quæ doctrinam
Molinæ nec tangebant. Ex his ini-
tiis cœpit deinceps trahi funis lon-
gissimus acerbarum altercationum.
Eleuther. hist. de Auxil. libr. 2, cap. 23.
¶ 27.

Eodem die obierunt.

3. Apud Malabares in India Orientali, anno 1596. P. Petrus Aloysius, è Principe Malabaricorum Brachmanum genere oriundus. Ferventiūs prædicantem Christi legem, & inhumanos infidelium mores arguentem, ethnici quidam lanceis confoderunt, & pro mortuo reliquerunt. Sed placuit Deo, ulteriori bono Ecclesiæ, servum suum servare superstitem, & fidelem ministrum Confessorum suorum laureolâ coronare.

4. In Peruana America, anno 1630. P. Joannes de Villalobos, Peruanus, mortem, cuius tempus prædixerat, oppetiit. Omnia ad religiosam domum spectantia magni faciebat: nihil abjectum, sed omnia esse magnifica & splendida in domo DEI, dictitans. Semper amictus ciliō confessiones audiebat; fœminarum sibi confitentium, faciem non novat. Tempore afflictionis cuiusdam ferventiūs oranti & moesto, ostensa est cœlitus crux ingens, addita voce diserta: *Bono animo esto, fili, aliate manūt adhuc crux major, & longè gravior.* Sic heroi-

roibus Christi crux major in remedium minoris imponitur.

5. Ibidem in Collegio Assumptionis anno 1654. P. Joannes Ignatius Beizama, ab ipso tyrocinio pro Sancto, & altero Aloysio, habitus est. Nemo unquam, contra aliquam Societatis legem peccantem vidit. In tertio probationis anno Iesus præstitutâ horâ arbusculam quan-dam irrigare ; obedienter id fecit, etiam ruente imbre. Mirantibus respondebat : *Sibi id imperatum esse, citra ullam cœli fudi & pluviosi mentionem.*

6. Belmontii in Anglia, anno 1616. Thomas Pondo, Anglus, genere & Apostolicis laboribus passionib[us]que illu-strissimus. Primus operarios è Societate in Angliam induxit, eidemque se postea addixit. Quamvis verò opportunitatem habere non potuerit, ut sacris Ordinibus initiaretur : Ministri tamen Christi, & vi-ri Apostolici munus cumulatè implevit, innumeris partim ad fidem adductis , partim in eadem conservatis. Unde ingens hæreticorum odium incurrit : & quamvis cruenta morte sublatus non sit, sive ob respectum familiæ illustrissimæ, sive

sive quòd olim inter honorarios Reginæ
ephebos meruerit, præ cæteris gratiosus ;
annis tamen omnino triginta, ærumno-
fissimos carceres, catenis, & compedibus
onustus, stupendâ constantiâ toleravit,
ac velut Paulus in vinculis, prædicare
non destitit. *Tanner. in Societ. Apost.
Imit.*

VI. MARTII.

I. **P**Ost assumptionem P. Roberti
Bellarmini in Cardinalem,
Claudius Aquaviva literas dedit ad
Provincias: quibus docebat, nihil
vel à se, vel à Bellarmino omissum
esse, quo evitari posset ea dignitas:
at Pontificem ita fuisse obfirmatum
in sententia; ut deprecanti Bellarmi-
no censuras intentârit, nî sinè mora
pareret. Deinde erexit omnes in
spem multorum bonorum, quæ ex
hac assumptione obventura sint Ec-
clesiæ & Societati, ob Viri summam
eruditioñem & sanctimoniam excel-
lentem. Denique Sacerdotibus
omnibus imposuit offerendum Sa-
crafcium missæ, Fratribus autem Ro-

farium, pro impetrandis novo Cardinali gratiis divinis, ad implendam meritis eminentiam dignitatis. *Petrus sancta in vita Bellarmin. lib. 3. cap. 1.* Bellarminum, inquit Aquaviva, in Cardinali non perdidimus. Ita sacer illum cœtus admisit, ut eum Societas non amiserit, quam eò clariùs illustrabit, eò proteget faciliùs, quò splendidior est, ac potentior.

2. Respondit expectationi & votis Aquavivæ Bellarminus. Vix purpuram induerat, cùm ante Christi in cruce pendentis effigiem stratus humi decrevit hæc tria: Primum nihil se mutaturum, de pristino, quem haec tenuerat in Societate, cursu; alterum, nullas collecturum opes, aut augendæ rei suæ, aut locupletandis consanguineis; aut si quid superesset, post impensas in familiam necessarias, id levandis pauperibus, aut sacris ædibus ornandis daturum: tertium, majores preventus non petiturum à Pontifice, quām qui sibi forent assignati, nec doni quidquam à viris Principibus accepturum. Hoc
po-

postremum statim opere sanxit, oblatamque ab Oratore Hispaniensi, nomine Catholici Regis, pensionem opimam recusavit; pertinere dictans ad Pontificem Maximum, ut qui se Cardinalem creasset, creatum alegret. Nec ita multò post Cardinalis S. Cæciliæ aliquot ei nummorum aureorum millia submisit, quæ uti puris offerebantur manibus, ita puris accipi poterant: at ille nihil retinuit ex eo munere, nisi grati & memoris animi perpetuam obligationem. Priora duo capita, ac totius vitæ rationes ita composuit, ut in Cardinali Bellarminum eundem, qui haec tenus fuerat; nec imminutam honore virtutem, sed ornatam & austam agnosceres. *Juvencius* fol. 334.

Eodem die obierunt.

3. Perusii in Italia, anno 1557. P. Andreas Galvanellus, Italus; à S. P. Ignatio Venetiis Collegio Rector præfetus, ita rem gessit: ut variis aliis præfici mereretur. Pontificis missu adiit Vallum Telinam: ubi quam honorifice est

exceptus, tam cumulatè populi vota explevit, nihil passus desiderari, quod Apostolicum deceret Missionarium. Perusino Collegio præesse jussus, ità rexit: ut Historia Societatis illum ejus Collegii vocet Lumen ac Robur; ità divinæ gloriae & animarum saluti se impendit: ut passim vocaretur, & honoraretur ut Sanctus.

4. In Hispania anno 1565. P. Petrus Tablares, Hispanus. Hic anno 1547. cùm à P. Villanova, sacerdotalis adhuc, exercitiis S. Patris excoleretur; paupertatem sequacium Christi stomachatus, terga vertere meditabatur, colapho prius impacto Villanova. Sed repente divinitus percussus, eidem, quod cogitârat, aperuit, & quam horruerat Paupertatem Evangelicam, in Societate est amplexus. Magna illi, utpote homini peracuto facundoque, apud dynastas erat authoritas, & magna in obduratis ad pœnitentiam & lacrymas permovendis, efficacitas: quæ non tam in magno verborum strepitu, quam dicentis spiritu sita erat.

5. Ulyssipone in Lusitania. anno 1599. Didacus Diaz, Lusitanus, Coadju-

jutor, hodie occubuit, unus è sex charitatis heroibus, qui ibidem inter palmas fortitudinis, & oleas misericordia conciderunt victores.

VII. MARTII.

I. FESTUM hujus diei Sole Theologico, D. Thomae Aquinate, illustre, admonet nos observantiaz, quam S. Doctori, & ejus doctrinaz, ex Instituto Societatis debemus. Imprimis Constitutionum p. 4. c. 14. §. I. sanctit S. Pater : *In Theologia legetur Vetus & Novum Testamentum, & Doctrina D. Thomae, &c.* Deinde Congregatio V. Generalis Decreto 41. unanimi consensu statuit : *Doctrinam S. Thomae in Theologia Scholastica, tanquam solidorem, securiorem, magis approbatam, & consentanciam nostris Constitutionibus, sequendam esse à Professoribus nostris.* Quod repetiit, & declaravit Decr. 56. positis sequentibus Regulis, quibus prescribitur I. Nostri omnino S. Thomam ut proprium Doctorem habeant, eumque in Scholastica Theologia sequi teneantur, tum quia

M. 4

Con-

Constitutiones eum nobis commendant p. 4 cap. I4. §. 1. & Summus Pontifex Clemens VIII. id se cupere significavit ; tum quia, cùm unius Scriptoris doctrinam in Societate eligendam Constitutiones moneant p. 8. cap. I lit. k. nullius hoc tempore doctrina potest occurtere, quæ sit cå solidior , aut securior : ut non immeritò S. Thomas Theologorum Princeps ab omnibus habeatur. 2. Non sic tamen Sancto Thomæ adstricti esse debere intelligantur : ut nulla prorsus in re ab eo recedere licet : cùm illi ipsi , qui se Thomistas maximè profitentur , aliquando ab eo recedant ; nec arctius nostros S. Thomæ alligari par sit , quam Thomistas ipsos. 3. In quæstionibus mèrè Philosophicis , aut etiam in iis , quæ ad Scripturas & Canones pertinent , licebit sequi etiam alios , qui eas facultates magis ex professo tractaverunt. 4. Cæterùm nè fortè ex iis , quæ dicta sunt , sumat aliquis occasionem S. Thomæ doctrinam facile deferendi ; præscribendum videtur ; ut nullus

Ius ad docendum Theologiam assu-
matur , qui non sit verè doctrinæ S.
Thomæ studiosus : qui verò ab eo
sunt alieni , omnino removeantur.
Nam qui ex animo S. Thomæ fuerint
addicti , certum erit , eos ab eo non
recessuros , nisi gravatè admodum &
rarissimè. *Ita cit. Decret.*

2. Annō 1608. ex mandato Pauli
V. Pontificis electi sunt in Congrega-
tione Generali novi Assistentes quin-
que , Deputatis à Congregatione Pa-
tribus , incommoda varia ex tali Ele-
ctione allegantibus , respondit Pon-
tifex : se eam velle , non permotum
qualitate personarum , quæ jam eo
munere fungebantur : sed intuitu
majoris obsequii Divini , & commo-
di Societatis. *Decretum 10. § 14.*
Congreg. 6.

Eodem die obierunt.

3. Caravacæ in Hispania , annō 1579
P. Ferdinandus Garzia : vitæ austерitati
supra modum addictus , nec aliud ferè
desiderans , quàm contemni , & pati . Fa-
ctus est quoad alterum hoc punctum

M ,

voti

votis compoſtis, per totos quatuor annos lecto affixus; quos tam fortis patientia tranſegit: ut nihil singularis indulgentiae admitteret. Jam depositus à medicis, cùm urgeretur; ut fidenter posceret, quidquid ſibi coimmudum existimaret: non ſinè ſtomacho & horrore reſpondit: *Ego nō, Deus bono, id petam, quod jucundum fit?* Morte in oppetiit non impoſitam, die ipſius maturè deſignatā.

4. In regno Peruano anno 1626. P. Jacobus de Samaniego, Vir singulari morum innocentia, & oninis peccati horrore maximo conſpicuus. Post Angelorum Reginam, præcipue addicetus fuit cultui S. Michaëlis Arch-Angeli: qui P. Jacobo aliquando ſe multo ſplendore glorioſum oſtendens, ſuam ipſi fidelem operam pollicitus eſt, in animabus ad fidem frugēmque perducendis; præſtititque fideliter, multis magnisque infidelium & peccatorum conversionibus per P. Jacobum patratis. Unā eadēmque veste, ſeu potiū pretioſo centone, uſu eſt per annos 33. Quam hominis abnegationem, & corporis ſui negleſtum, viſu eſt DEUS honorāſſe multis prodigiis.

giosis gratiis ad ejus sepulchrum exhibitis.

5. Messanæ in Sicilia anno 1625. P. Franciscus Torresius, Italus. Cùm Panormi Rector præcesset, non solum nullum admisit cubiculi administrum; verum aliis ad vineam digressis, ipse domi verrebat majus conclave, seu aulam, ut vocant. Toto illo arte cineres triduo, secedebat in villam, ibique parco & servili cibo usus, totus erat in preces effusus, ad placandum deliranti mundo DEum. Mortem uno anno antè prævidit, & prædixit; advenientem excepit Hymno: Te DEum laudamus, alacriter recitato.

VIII. MARTII.

I. **F**lagitante Indiarum Apóstolo Xaverio, anno 1546. Joannes III. Lusitanæ Rex, ampla & pietatis plena decreta edidit in favorem Christianitatis Indicæ, & Honoris divini. Ut Goæ omnia Pagodum simulacra tollerentur, nec liceret ulli eadem deinceps fingere. Quicunque Brachmanum inveniretur obsistere promovendæ religioni Christianæ,

M 6

extra

extra fines ditionis Lusitaniae prescriberetur. Tria millia aureorum, quæ Bazaini quot annis pendebantur delubro Mahometis, impenderentur pauperibus conversis. Ethnici omnes excluderentur publicis munieribus. Gemmarum piscatio (si id Xaverius probasset) penes Christianos tantum esset, nec compellerentur, nisi justo pretio eas vendere: & plura similia. Sed ministrorum avaritia optimè constituta evertit, ut solet. *Bartoli in vita l. 1. n. 45.*

2. Annô 1566. Pius V. Pontifex expedivit duos à Societate Theologos, Natalem & Ledesmam in Germaniam ad comitia Imperii, celebranda Augustæ Vindelicorum: quod post arduum iter, admodum attrita Natalis valetudine, feliciter hoc die pervenerunt, ad quamvis cum heterodoxis dimicationem parati. Supervenit & Canisius, quem Pius IV. expedierat, ut per Germaniae Ecclesiias circumferret promulganda Concilii Tridentini Decreta. Post iter mensium 4. non minus periculosum

sum, quām laboriosum, itā se novis
 laboribus Augustæ dedit vir opero-
 siſſimus : ut Natalis, qui ipſe inter
 validiſſimos & dexterrimos opera-
 rios habebatur, non posset ſatiſ mi-
 rari in Canifio ferreas animi vires, &
 affecti corporis crudam patientiam.
 Habuerunt omnes negotii ſatiſ ſu-
 pérque in comitiis illis, tum ut exa-
 gitarent ſectarios, tum ut firmarent
 Prælatos Procerésque Catholicos,
 consultando, diſputando, ſcribendo,
 circumcursando dies noctesque. In
 fine maximè eorum eluxit labor, pru-
 dentia & dexteritas : quando jam
 propè aberat, ut diſſolverentur ſinē
 fructu ea comitia. Per hos enim
 Triumviros ſteterunt, & feliciter
 consummata ſunt, facta conſpiratio-
 ne Principum Germaniæ cum Cæ-
 ſare contra Turcam Hungariam in-
 festantem. Habuit indè Societas
 eum priuatum fructum : quod Cæ-
 ſar Maximilianus, qui comitiis inter-
 fuerat, aliam deinceps & benignio-
 rem conceperit de Jesuitis opinio-
 nem : quos publico bono tam uti-
 les

les expertus erat. *Sacch. p. 3. lib. 2.*
n. 20. & seqq.

Eodem die obierunt.

3. Panormi in Sicilia anno 1620. P. Octavius Cajetanus, Siculus, virginitate intemerata, & singulari morum innocentia conspicuus. Impura fæmina cum lenociniis non proficeret, Acheronta contra P. Octavium movit: sed dæmon disertè fassus, conatus suos omnes irritos esse, adversante sibi S. Ignatio, quem ille singulari cultu venerabatur. Ergo nequiorem dæmonem puellam subornat Stygia meretrix, quæ ductu & operâ dæmonis in P. Octavii cubiculum se insinuaret, & ad scelus solicitaret. Sed manè conveniens puellam, ut de rei successu doceretur, invenit ipsam, alias formosam, facie distortam, & dæmonis instar atram, clamantemque: *Ignatius, Ignatius, Ignatius prohibuit, & infortuniem mei Author est!* Consternata his fæmina ad cor rediit, & animâ apud P. Octavium expiata, vitam serio emendavit. Deus verò servum suum castioribus hospitibus recreavit,

vit, integro SS. Siciliæ Virginum choro, in ejus cubiculum immisso. Aliquando parvulus JESUS, inulto splendore conspicuus, faciemque ardenter manu gestans, visus est è tabernaculo Eucharistico prodire, & P. Octavium amanter amplecti.

4. Bruxellæ in Belgio, anno 1625. P. Thomas Sailius, Belga, DEI-paræ V. Cultor eximius. Nunquam cubiculo prodibat, nisi statuâ ipsius de genibus salutatâ. Sacrificaturus DEI-paræ orabat: ut ipsum disponeret ad filium suum decenter tractandum. Missionarium castrensem agens, Duci Parmensi author fuit: ut manè in castris clangore tubarum ter repetito, salutaretur cœli Regina, & Imago ejus in vexillis præferretur. Signo ad præliandum datô, rosarium Marianum instar balthi humero injiciebat; & inter mille pericula salvus evadebat. Aliquando P. Thoma graviter ægrotante, jámque vicino morti, visa est DEI Mater supplicare Filio: *Sine nostrum hunc servulum etiamnum paulisper vivere.* Audita est, & P. Thomæ insperata, redita sanitas.

5. Ant-

s. Antverpiæ in Belgio, anno 1670.
 P. Henricus Engelgrave, Belga, editis in
 subsidium concionatorum eruditissimis
 voluminibus, clarus. Quam feliciter gu-
 bernavit Collegia, Aldenardense, Casle-
 tanum, Brugense; tam scitè piéque di-
 rexit per multos annos Sodalitatem Ma-
 rianam conjugatorum, simûlque ad San-
 ctimoniales peroravit. Confessarius in
 templo assiduus, mirum est, quando eru-
 ditionem tantam comparare potuerit,
 ob cuius copiam illustri agnomine *Offici-
 na scientiarum* dicebatur. *Sotuell. in
 Bibl. Soc.*

IX. MARTII.

I. **A** Nno 1568. feriâ tertîâ, in arce
 sua Castilionensi, natus est
 auspicatissimè S. Aloysius Gonzaga,
 Ferdinandi Marchionis Castilionen-
 sis, Sac. Rom. Imp. Principis primo-
 genitus. Periclitabatur mater in par-
 tu gravissimè: sed in desperatione
 opis humanæ, votô ad B. Virginem
 Lauretanam concepto, brevi pericu-
 lum omne depulsum est, & Aloysius
 natus est ope Dei Matris. Habuit
 Aloy-

Aloysius id commodi ex eo pericu-
lo : quod antequam toto corpuscu-
lo ederetur in lucem , baptizatus sit
ab obstetricie. Quod beneficium ex
singulari Dei favore evenisse Sanctæ
Mechtildi , traditur ; ut citius stolâ
gratiæ vestiretur , & gratiosa appare-
ret in conspectu Domini . *Nadasi in
Ind. Mem.*

2. Annō 1570. Lusitana Societas
coloniam duxit in insulam Materi-
am, non multum dissitā à Fortunatis,
nec infortunatiorem ipsis , ob soli
fertilitatem & salubritatem. Hoc
die Ulyssipone solvit cum Sociis no-
vem Emmanuel Segneira , Collegio
idem & Cathedræ Ecclesiasticæ præ-
futurus. Quām libenter suscep-
tunt à populo , tam à se alienum ex-
perti insulæ Præfectum : quamvis
fratres duos primæ authoritatis ha-
beret in Societate. Ità humana me-
dia non semper respondent bonæ in-
tentioni Virorum Apostolicorum.
Perfregerunt tamen difficultates , &
Collegium in domo conducta fundâ-
runt.

runt. *Sacch. p. 3. hist. Soc. l. 6. n. 180.*
& seqq.

Eodem die obierunt.

3. Palentia in Hispania anno 1595.
 P. Joannes Ferdinandus, Hispanus, Missionarium in castris Belgicis egit præfervidum, & muneri suo accuratè intentum. Diem militibus instruendis, & ægris fovendis; noctis magnam partem dabat orationi. Cum aliquando præ virium imbecillitate equum concendere non posset, Angeli Custodis opem imploravit: & mox, nè tacto quidem stape de, in sella collocatus est. S. P. Ignatius iteratò se illi spectandum exhibuit: imo & Virgo DEI-para cum numeroſo Sancti Mauritii Sociorumque Martyrum comitatu, atque Sanctorum Virginum corona: ut operarium suum caſtrenſem recrearet.

4. Hesdinii in Gallia anno 1655. P. Robertus Planterose, Gallus: Illâ scho las docendi methodo memorabilis; quod adolescentulos ab Infina Grammatices classe ad Rhetoricam usque deducere sit solitus, multo labore, nec minore

nore fructu. Rheticæ præceptis accuratè traditis, redibat ad Insimam classem Grammatices, rursum cursum suum repetebat usque ad Rheticam: & hunc sanè virtuosum, circulum formabat frequentabatque, quamdiu vita comes fuit.

5. In Anglia anno 1666. quievit in pace, P. Jacobus Munfordus, Anglus. Proditus, captusque à petulanti milite, in carcere facinorosorum Nordovici conjectus est: priùs tamen amictu Sacerdotali, à sclopetariis per urbem circumductus ad ludibrium. Navigio dein impositus, ut ad alium carcere in transferretur; diem noctemque arcte colligatis manibus pedibusque traduxit. Sed cum Nordovicense sibi vindicassent vincum suum, humanius primus habitus est in liberiore custodia; tandem plenè absolutus, quod non satis probaretur sacerdos. Reliquum igitur vitæ inter labores, & pericula transegit in Anglia operarius indefessus, & animarum purgatorii, quibus bonoru[m] operum suoru[m] partem satisfactoriam totam applicuerat, patrus singularis. *Southell. in Bibl. Soc.*

X. MAR-

X. MARTII.

I. **B.** Pius Papa V. anno 1571. pri-
B. vilegium concessit Societati,
 incip. *Cum literarum studia.* (ut ipsius
 Professores, tam literarum humanio-
 rum, quām liberalium Artium, Theo-
 logiæ, vel cuiusvis earum facultatum;
 in suis Collegiis, etiam in locis, ubi
 Universitates extiterint, suas lectiones
 etiam publicas, legere (dummo-
 do per duas horas de manè, & per u-
 nam horam de serô, cum Lectoribus
 Universitatum non concurrant) li-
 berè & licitè possint: quodque qui-
 buscunque Scholasticis liceat in hu-
 jusmodi Collegiis lectiones, & alias
 scholasticas exercitationes frequen-
 tare; ac quicunque in eis Philo-
 phiæ vel Theologiæ Auditores fue-
 rint, in quavis Universitate ad gra-
 dus admitti possint; & Cursuum,
 quos in Collegiis prædictis confece-
 rint, ratio habeatur, ita ut si in ex-
 mine sufficientes inventi fuerint;
 non minùs sed pariformiter, & abs-
 que ulla penitus differentia, quām si
 in

in Universitatibus prædictis studuis-
fent, ad gradus quoscunque tam Bac-
calaureatūs, quām Licentiaturæ, Ma-
gisterii & Doctoratūs, admitti pos-
sint, & debeant; eisque super præ-
missis specialemi licentiam & faculta-
tem concedimus.) Inhibet deinde
sub pœna Excommunicationis majo-
ris, &c. nè Rectores Universitatum,
& quicunque alii concessis contrave-
niant, &c. Bullar. Sot,

2. In Japonia, fluentibus è voto
 operariorum Evangelicorum rebus,
 P. Gaspar Coëlius Vice-Provincialis
 solvit Nangazaquo Ozacam , ut à
 novo Japonix Imperatore Camba-
 cundono aliquid gratiæ & commodi
 impetraret pro re Christiana. In iti-
 nere quatuor & viginti Matronas il-
 lustres, uxores nobilium Christiano-
 rum, baptismo tinxit. Ozacâ certior
 factus est de singulari erga Socios &
 religionem Christianam benevolen-
 tia Imperatoris : qui & domum no-
 stram non invitatus visitavit, & au-
 dita Lege Christi, respondit : O-
 nnia sibi probari, tanquam rationi
 con-

consentanea, præter unum. Siugularitas uxorum id erat, quæ effrem in libidinem barbaro, viam salutis obstruxit. Interim tamen Christianorum Legem sectis Japonum præferebat, & in Bonzios diras jaciebat. *Sacch. p. 5. hist. Soc. lib. 5. num. 164.*
Et seqq.

Eodem die obierunt.

3. Glasquæ in Scotia anno 1615. P. Joannes Ogilbæus, è scalis patibuli uno saltu proiectus in cœlum. Dum reliquias fidelium impiger excolit, comprehensus, diro carcere, fame diuturna, & coortis indè febribus maceratus est. Deinde ferreæ ducentarum librarum perticæ duobus annulis innexus, ac demum diuturnis gravissimisque insomniis cruciatus est. Per octo enim dies, nec dormitare, nedum dormire permisus, aciculis, stylisque ferreis pungebatur, & variè vellicabatur, nè quid somni admitteret. Insuper variis & subdolis quæstionibus agitatus, respondit semper cautè, doctè, promptè atque Catholicè: sed sæpè ingeniosè, falsè, jucundè, adeoque semper in-

intrepidus libertatem illam, & magnanimitatem primorum Martyrum repræsentabat. Reus mortis pronunciatus, nuncii hujus bajulo, & pòst carnifici, amanter amplexum dedit ; patibulum quoque pio amplexu & osculo veneratus, divini Magistri discipulum, & magni Apostoli Andreæ condiscipulum se probavit.

4. Placentiæ in Italia, anno 1651. Joannes Baptista Mocchius, Coadjutor virtutis ordinaria in supergressæ. De mortuo locus datus est inter Patruin mortuorum funera ; utpote Sacerdotum eximio cultori, quibus pro Socio assignatus, sequebatur, eos potius, quam comitabatur. Cubiculum ejus ornabant angustiæ, tenebrae, paupertas. Si quid patiendum esset, familiari utebatur lemma te : *Et hoc breve est. Sancta Patientia.*

5. Compluti in Hispania, anno 1570 P. Franciscus Gonzalez, Hispanus. In humili & despicibili ejus corpusculo, præter ingenium humanâ & divinâ literaturâ apprimè instructum, elucebat cœlestis quædam, & res altè inspiciens, prudentia Sanctorum, adeò ut & Rector

Col-

Collegii & Provincialis dicerent: illius cubiculum sibi esse instar oraculi pro administriculo ad regendum. Indè illi domi & foris ingens authoritas. Cum DEO multum, cum hominibus raro & brevi- ter loquebatur. Tyronibus quando præ- erat; ut nè verbulo alienam famam per- stringerent, magnus & severus illis au- thor fuit. Inter acerrimos quinque an- norum dolores effusè exultare visus est: quòd Deus ità vellet.

XI. MARTII.

I. **C**ongregatis coram Pontifi- ce, Clemente VIII. Cardina- libus S. Officii, anno 1599. retulit Cardinalis Madrutius: Patres Do- minicanos permoveri non posse, ut communem doctrinam suam de Au- xiliis physicè prædeterminantibus, scripto traderent; non omnes enim in ea consentiebant; urgere autem, ut in censurando libro Molinæ pro- cederetur. Contra verò Patres So- cietatis unicè desiderare, ut seposito particularis authoris libro, ageretur de Auxiliorum divinorum efficacia,

an

an ea consistat in gratia physice præ-determinante ? Hancenim esse lapi-dem offensionis, quo sublato, facile inter partes conveniret de cæteris. Rogatis Cardinalium sententiis, vix unus Cardinalis Asculanus, qui ex Ordine Prædicatorum erat, pro Dominicanis stetit ; Pontifex ergo de reliquorum omnium consensu pro-nunciavit : *Velle, ac jubere se, ut causa Molinae seponatur* : generalis autem Controversia de Auxiliorum efficacia tracte-tur. Addidit autem disceptantibus velut moderatores Cardinales duos ; Asculatum Dominicanis, Jesuitis Bellarminum recenter, opportunè que creatum : qui cum Madrutio cœ-tibus futuris præfessent. *Eleuther. his-*
de Auxil. l. 3. c. 7.

2. In Poloniam anno 1673. hac die dedit Epistolam P. Joannes Paulus Oliva, Præpositus Generalis, ad Illust. Episcopum Chijoviensem, Thomam Ujeyski, amplissimas ei gratias agendo ; pro strenuissime vindicata Societatis fama. Intellexi, inquit, quanta egerit Illust. Domina-

rio Vestra prouincanda Societatis fama aduersus Dominum NN. qui editis non semel libellis eam proscidit. Nunquam vero de fama nostra ille tantum detrahere potuit, quantum suo isto tam impenso studio Illust. Dom. Vestra eam amplificavit. Nihil enim ad minimæ hujus Societatis commendationem illustrios atque honorificentius esse potuit, quam quod ea talem vindicem assertoremque sit nacta, &c. Offert deinde preces & sacrificia indicenda per Poloniam & Litvaniam. *Joann. Brictius in Vitac. 29.*

Eodem die obierunt.

3. Neapoli anno 1610. ad immortales transiit P. Petrus Albizius, eximiae sanctitatis fama clarius. Episcopus Aceratum dicere solebat: mira se de P. Petro proditurum, si illi superstes esset: sed prior obiit, & Pater sua se humilitate & abnegatione constanter involvit. Sacrificabat inter liquidissimas cœli voluptates, divina patiens, & subinde à terra sublimis. Singulari pollebat arte, & in-

dustriā tractandi animos. Trecentis plures numerati sunt, quos laqueis sēculi expeditos, ad varios transtulit Ordines Religiosoram.

4. Ibidem anno 1622. P. Guilielmus Levesquius, Gallus. Mortem operiit multò antē prædictam notabili vaticinio ; quod scilicet moriturus esset quarto pōst anno, pridie quām BB. Ignatius & Xaverius in Sanctorum numerum ritè referantur. Veritatem Vaticinii probavit eventus. Morbos pellere, cordūmque arcana intropicere, res illi fuit non rara : sed magis eum commendavit defēcata & solida virtus.

5. Viennæ in Austria anno 1662. P. Joannes Gans, Germanus, concionandi & hæreses insectandi dote excellens. A Ferdinando III. Imperatore, in concionatorem & conscientię directorem adscitus, magna cum laude munus utrumque sustinuit. Ipso potissimum anniten- te promotus insigniter est cultus & honor DEI - paræ Virginis Immaculatæ Conceptionis, positâ in foro Viennensi ejus statuâ, & inductis Universitatibus ditionum hæreditiarum, ad juramen-

tum pro defensione piæ sententiae. *Sotull. in Bibl.*

XII. MARTII.

Celebrata est in Urbe, anno 1622. à Gregorio XV. Pontifice Maximo solemnis Canonizatio SS. Ignatii & Francisci Xaverii; pro qua à multis annis institerant Ferdinandus Imperator, Henricus IV. & Ludovicus XIII. Reges Christianissimi, Philippus II. & III. Reges Catholici, Sigismundus III. Rex Poloniae, & complures alii Principes; præ omnibus autem Deus ipse, ingentiū miraculorum gloriâ Servos suos orbe toto clarificando. In perennem hujus beneficij memoriam & gratitudinem, sanctum est: ut hac die singuli Sacerdotes offerant S. Missæ Sacrificium, & qui Sacerdotes non sunt Coronam Marianam.

2. Sacrum hunc Apotheoseos suæ diem S. Xaverius insigni miraculo illustravit anno 1658. quando Macciatæ in Italia Alexandrum Philippuccium & Societate Scholasticum, de-

desperatæ valetudinis, repentina sanitatem donavit. Miraculum, post diligens examen, agnovit Episcopus Maceratensis, ac typis vulgari permisit. *Nadasi in Indice Mem.*

3. Annô 1583. Gregorius XIII. pro incomparabili zelo suo dilatandæ fidei & salutis animarum, Legationes varias expedivit in Orientem. Ad Jacobitarum Patriarcham Davidem, & ad Armenorum, Melchitarumque Patriarchas, atque ad Hierosolymitanum Archi-Episcopum missus Leonardus Abela, Sidoniæ Episcopus, genere Melitensis : cui è Societate additi tres. In Ægyptum expeditus Franciscus Saxus noster. Hi omnes hoc die Româ profecti, Venetias prosperè attigere. Hic relicto Saxo, qui rectâ Alexandriam profecturam navim operiebatur ; cæteri navi consensa, in qua & Dux Olicensis ac Nefuisiensis Nicolaus Radivilius, cum duobus è Societate itinerum comitibus vehebantur, feliciter Cyprum, ac subinde Montem Libanum tenuere. Ibi oprimè jam com-

positas res Maronitarum invenerunt, atque ipsum Patriarcham cum Monachis, prælata Cruce obvium habuerunt. Indè inter summa pericula ad Jacobitas profecti ritu peregrinantium Episcopus & P. Leonardus Sanctangelus, nè quidem in conspectum Patriarchæ admissi sunt, sed per Episcopum quendam expediti cum declaratione ; à populo Dioscorum, quem omnes pro Sancto colebant, nunquam deserendum. Cum Armenorum Patriarcha, in observantia Sedis Apostolicæ Romanæ, confirmato, felicius transactum ; qui etiam ad P. Generalem Claudium humanissimas dedit literas. *Sacchin.*
*part. 5. hist. Soc. libr. 3. num. 25. §
 seqq.*

Eodem die obierunt.

4. Romæ anno 1652. P. Alexander Gottifredus Præpositus Generalis IX. ostensus Societati tantum fuit in eo fastigio, nec tanto bono frui licuit : nam altera & quinquagesima die ab electione sublatus est. Recenter natum Paulus V.

Pon-

Pontifex Maximus ex aquis lustralibus suscepit patrinus. Nobilitatem ejus, & pace & bello olim inlytam, si quis extolleret, respondebat: *Nobilitas vera, est vera humilitas.* Vir fuit serii, ac ad omnia accuratè agenda vehementer intenti ingenii: nihil obiter agebat, nihil agi volebat. Incredibilis ei erat commodatum corporis contemptus, animo semper ad magna & æterna eminente; paternus erga quasvis nationes animus; & parata erga petentes, rerum potius, quam verborum officia. *Cœlestis cuiusdam mixtura vir quibusdam est dictus.*

s. Madriti in Hispania, anno 1633. P. Hieronymus de Florentia, Hispanus; Ecclesiastes ingenio, facundiâ, sed maximè veritatis oraculis præstans. Audiebatur magno cum gustu à Philippo III. Rege, palam testante: A nullo mortali- um toties, tamque apertè sibi veritatem dictam: quæ tamen ob singularem di- centis modestiam & candorem, odium non pariebat, sed potius authoritatem. In supremo agone idem Rex illum sibi adesse voluit; observatique ejus circa se solicitudine & indefessâ diligentia,

monuit : ut aliquid à se postularet. P. Hieronymus & sui & Societatis oblitus, respondit: *Non aliud se flagitare, quam ut Rex, quantis posset viribus, incumbet in perfectæ Contritionis actum eliciendum.* Dignum non vulgari Jesuita responsum.

6. Audomari in Belgio anno 1604. Rudolphus Emersonus, Anglus, carcere corporis solutus est, post fortiter profide toleratas Anglicani carceris ærumnas per ipsos annos viginti. *Tanner. in Soc. Apost. Imit.*

7. Madriti in Hispania, anno 1609. P. Gaspar Sanchez, rude donatus est, post traditas magnâ diligentia & laude literas humaniores totis quinquaginta annis.

8. Ronze anno 1633. P. Cornelius Cornelii à Lapide, recentiorum sacramentum Scripturarum Interpretum facile Princeps, natione Belga. Magno ingenio, magnoque labori, magnum juxxit religiosæ perfectionis studium. Unde cum eruditissimos in omnem S. Scripturam (præter Psalmos & Job, quos morte prævenitus non absolvit) confecisset Com-

Commentaries, cum Salomonæ tamen dictitabat: *Verè, & in conscientia mea, stultissimus virorum ego sum; & sapientia hominum non est mecum.* Sotuell. in Bibl. Soc.

XIII. MARTII.

I. **A** Nnō 1533. Parisiis in Collegio S. Barbaræ, S. P. Ignatius completo Philosophiæ cursu, ejusdem Laureâ insignitus est Doctor. *Nadasi in Indice Memoriali.* Obtinuit & alteram ibidem eāmque pretiosiorē lauream heroicæ patientiæ, quā se comparavit ad sustinendam infamem publicam castigationem, eō quād piis colloquiis & monitis condiscipulos ad studium virtutis, & solidæ pietatis cultum excitaret. Sed avertit Deus hoc probrum à Servo suo, atque Rectorem Collegii Jacobum Goveam subitò permovit, non solum ad revocandum decretum iniqum; sed etiam ad deprecandum publicè & cum lacrymis Ignatium. Hic est ille Govea, qui postea Joanni III. Lusitaniarum Regi author fuit: ut
N 5 in

in conversionem Indiarum Ignatii
Socios adhiberet. *Bartoli. in vita S.*
Ignatii lib. i. n. 40.

2. Romæ anno 1598. undecimus
& postremus habitus est cœtus Con-
sultorum & Examinatorum doctrinæ
P. Molinæ, numeratæque iterum sunt
decem ejus assertiones damna-
biles. Decretum denique: Cense-
mus, è re Catholica esse, ut liber, qui
inscribitur *Concordia liberi arbitrii*
cum gratia donis, compositus à Ludo-
vico Molina, & ejus doctrina omni-
no prohibeatur. Atque idem cense-
mus de commentariis ejus in primam
partem S. Thomæ, quo usque saltèm
purgentur, &c. Sententia hæc, ut po-
te ab hominibus finistro affectu præ-
occupatis præcipitata, effectum ali-
um non habuit: quām ut Clemens
Pontifex, miratus tam celerem de re
gravissima sententiam, mandaret li-
brum Molinæ iterum & maturius ex-
pendi. Quod enim examen nec an-
ni spatio confici poterat: absolve-
runt illi intrà menses duos & pau-
cos

cos dies. *Eleuther. hist. de Auxil. lib. 3.
cap. 3. § 4.*

3. Ex Hispania in Floridam, Americæ regionem barbaram, Martyrumque feracem, solvit hoc die anno 1568. P. Joannes Baptista Segura cum Sociis quinque, adolescentibus 8. Societatis Candidatis, & quinque Floridanis, in Hispania baptismo initiatis. Quod subsidium opportunitissimè venit rei Christianæ in illis terris valde laboranti. *Sacchin. hist. Soc. p. 3. lib. 4. n. 298.*

Eodem die obierunt.

4. Duaci in Belgio, anno 1633. P. Joannes Robe, Scotus, in Missione Scotica & Hollandica multis perfunctus laboribus. Quartana febri laborantem, ut pristinæ valetudini & Evangelicis laboribus redderet pia quædam Virgo: petiit à Deo, febrim Patris in se transferri. Impetravit. P. Joanni reddita est sanitas, illa menses 4. febri afflcta: quam cùm nimis pertinacem videret, temeritatis sediuavit, quasi nescisset, quid peteret.

N 6

Nec

**Nec mora : puellam febris deseruit ,
Patrem iteratò corripuit & extinxit.**

5. Moricæ in Sicilia anno 1648. P. Fabius Justinianus, Græcus. Morte non inopinatâ , nec ingloriâ defunctus est, post operofas plurium annorum Missiones per insulas Cyclades. Cùm aliis prædicaret, nè reprobis ipse fieret, cruda severitate corpus castigare non destitit. Somnum capiebat vestitus, totóque triennio non deposuit cilicium è ferreis catenulis contextum. In extremo morbo ægrè illi persuasum, ut deponeret loricā illam : verùm ferreis instrumentis opus fuit, ut extraheretur è carne. Cadaver, nè à pio populo direptis vestibus, planè nudaretur, in sacrarium deferri debuit.

6. Pechini apud Sinas, anno 1630. P. Joannes Terentius, Germanus. Societatem ingressus est jam tunc celebris per totam Germaniam Medicus, Philosophus, & Mathematicus. Virtute maturus Apostolico muneri, adiit Sinas, ibique ad mortem usque fructuofissimè laboravit, plurimorum animabus salutaris per occasionem corporibus medendi. Calendarium Sinense cùm corrigendum esset,

esset, primus Imperatori propositus est ad id muneris P. Tereutius, à quo Pechinum evocatus, cum se ad laborem illum accingeret, quievit in Domino. Cum Indianam, Bengaliam, Summatram, Coccinam & Imperium Sinense peragrâset: ubique naturas peregrinarum planitarum, mineralium, animalium & hominum diligenter observavit; atque ex his observationibus duos ingentes Tomos confecit, quos vocavit *Plinium Indicum.* Sotuell. in Bibl. Soc.

7. Moguntiae in Germania anno 1665
P. Melchior Cornæus, Germanus, vir multarum palmarum, præsertim ab hereticorum impugnatione reportatarum, quos compluribus libris acerrimè exagavit; viginti sex reconsuet idem Sotuell. in Bibl. Soc.

XIV. MARTII.

I. **P**AULUS III. Pontifex Maximus, cum anno 1540. primùm approbaret Societatis Institutum, tanquam digito DEI, mirabilem patratre, formatum; restrinxit numerum personarum ad sexaginta tantum.

tum. At ubi experimentis quotidianis comperit : quanta per pusillum hunc gregem pro Ecclesiæ bono Deus operari dignatus est ; concepta spe non vana longè amplioris commodi proventuri Ecclesiæ, si in partem laborum plures venirent operarii ; laxavit fines præscriptos, & per Bullam, *Injunctionem nobis desuper.*, &c. anno 1543. licentiam concessit ; quosvis idoneos sine restrictione numeri admittendi. *Bullar. Soc. Orlando.* *bist. Soc. p. 1. lib. 4. n. 2.*

2. In India anno 1544. S. Xaverius epistolam dedit ad P. Mansillam, qua se probavit non solum comens & suavissimum in conversatione : sed etiam instar Apostoli Pauli, rigidum in vindicandis inveteratis delictis. Severè coerceri vult, & coerciturum se , ubi advenisset , promittit ebrios Patangates, præsertim mulieres , quæ potu Orracha dicto , se ingurgitabant. Minatur, se jussurum vinclitos abduci Cocinum viros : unde nunquam sint in patriam redituri.

Ta-

Talem aculeum habuit apis illa.
Epiſt. nov. lib. 1. Epiſt. 10.

3. Eodem tempore Domus Professarum Romanarum construendae, opportunissimo loco, facultas oblata est præter omnem spem, propè divinus. Visitaverat Urbis Ecclesias Salassorum Episcopus, Philippus Archintus, Vicarius Romani Pontificis per Urbem, deprehenditque non procul ab Arce Romana, seu Capitolo, desertam Ecclesiam curialem, quam unica mulier custodiebat, Curione in aula & obsequiis Ducis Placentini commorante. Refert ergo ad Pontificem, insinuatque eam Ecclesiam cum domo sua & horto opportunam videri Societati, ad id temporis adhuc in alieno hospitanti. Pontifex Societatem, tanquam partum suum complexus, eas ædes offert Ignatio, translatâ animarum curâ Parochiali ad aliam vicinam S. Marci Ecclesiam. Hæc ubi Romani geri didicit Curio ille Ecclesiarum deseritor, magnis passibus ad volavit, grandem litem moturus Ignatio. Sed

eam

eam Deus citò diremit. In itinere
collapsus, quo vehebatur, equus, mi-
serum oppressit, extinxitque. Sic
vacuus possesso locus, nemine con-
traveniente cessit Societati. *Orland.*
est. n. 4.

Eodem die obierant.

4. Dolz in Burgundia, anno 1623.
P. Valerius Reginaldus, Burgundus.
Quam excellens doctrinâ, tam humilis
fuit in conspectu suo. Præclarum opus,
quod in materia Theologizæ Moralis elu-
cubraverat, & etiamnum in usu & hono-
re est, tam vile putavit ut alienum illi
nomen cogitaret præfigere, nè quæ labes
indè in Societatem redundaret. Nun-
quam verbô offendisse, visus est: si ta-
men existimaret, durius aliquid sibi ex-
cidisse, humili deprecatione corrigere
studebat. Vocatus ad portam domûs,
non redibat ad cubiculum, nisi salutatâ
& adoratâ Venerabili Eucharistiâ. Ma-
gnâ illi frequentiâ parentatum est: mul-
tique primarii & religiosi viri, eos in a-
nimis senserunt motus; ut se illi magis,
quam illum Deo commendarent.

5. Ros

5. Romæ anno 1631. P. Virgilius Ceparius, Italus, concionator disertus & solidus, in provehendis animabus ad perfectionem dexterissimus. S. Maria Magdalena de Pazzis, cum Rector esset Florentiæ, ipso utebatur Confessario: quæ de ipso testata est, quod in quadam Exhortatione, quam domi ad Socios habuit, Spiritus Sanctus illi verba omnia, quæ protulit, formaverit in ore. Inter alia scripsit Vitam ejusdem Sanctæ, S. Francisci Romanæ, B. Aloysii Gonzagæ, & Joannis Berchmanni S. J.

6. In Hispania anno 1579. P. Antonius Lopez, Hispanus, cum ab Ordinibus Sacris susceptis Granatam rediret; à Mauriscis grassatotibus in via interclusus & concisus est cum quatuor aliis Religiosis. Causam cœdis fuisse non tam lucri cupiditatem, quam fidei odium, intellectum est postea, quando homicidæ capti, & supplicio affecti sunt. Cadavera spoliata & vulneribus fœda, cum non possent aliud ab alio internosci; P. Antonius agnitus est ex libello Examini particularis, quem secum tulerat, & in via quo-

quoque utilissimum illud Societatis exercitium non intermisserat.

XV. MARTII.

I. **A** Nno 1530. S. Franciscus Xaverius Parisiis Philosophiae Magister creatus, eandem per tres annos cum dimidio, præcipua cum ingenii commendatione, publicè professus est. *Nedasi in Indice Memor.*

2. Idem Sanctus, antequam proficeretur in Indiam, reliquit Romæ obsignatum chirographum hoc die scriptum, cum suffragio suo, quem vellet Societatis universæ Praepositum Generalem. *Ego Franciscus;* inquit, *dico & affirmo: me censere ex animi mei conscientia, eligendum in Societatis nostræ Prælatum, cui omnes obedientiam præstemus, antiquum nostrum Prælatum, & verum Patrem D. Ignatium: qui ut suo non exiguo labore nos collegit, ita omnium optimè nos conservaturus est, recturus, & semper in meliora proiecturus; ut qui penitus omnibus nos nōrit. Et post mortem illius, loquendo ex animi mei sententia, ut si mox essem moriturus-*

*situs, judico eligendum P. Magistrum
Fabrum: Et in hac parte Deus mihi est
testis, me non aliter loqui, ac sentio. In
cujus fidem subscribo manu propria. Ro-
mæ anno 1539. 15. Martii. Franciscus.
Bartoli in Vita S. Ignatii lib. 2. num.
48.*

3. *In Hispania Valentia ad hunc
diem commoratus P. Araozius anno
1545. profectus est Gandiam ad Du-
cem Borgiam. Egerat autem Valen-
tia negotium salutis animarum tam
strenue: ut bis terte in diem ad po-
pulum diceret, nec tempora caperent
confertissimum populum, fenestras
etiam & tecta vicina insidentem. Ea
audiendi erat aviditas: ut duabus
ternisque horis producta concione,
non fatigarentur. Facilis inde fuit
ad fundandum ibidem Collegium
progressio. Orland. hist. Soc. part. 1.
lib. 4. n. 124.*

Eodem die obierunt.

4. *Monomotapæ in Africa, anno
1561. P. Gonsalvus Sylveria, Lusitanus,
qui illustrissimos natales ornavit purpu-
râ*

rā Martyrum. In Cafraria, genti maximè barbaræ prædicavit Evangelium, Regemque Monomotapæ potentissimum, cum Matre sua & plurimis proceribus sacro fonte expiavit. Sed Rege paulò post per sacrificulos Mahometanos, & quosdam magnates, perverso ; ejus iussu strangulatus est. Corpus P. Gonfalvi in amnem projectum, crocodilos in illo latentes mansuefecit, ut deinceps hominibus noxii non fuerint : locum verò, in quo demersum fuit, cœlesti luce Deus illustravit. Cùm autem ad litus devolutum esset, aquilæ quinque adfuerunt custodes, nè à bestiis violaretur. Ad mortem tam gloriosam disposuit se P. Gonfalus insigni morum innocentia, tantoque religiosæ perfectionis studiō : ut absque Martyrii gloria, inter Santos Confessores adscribi mereretur.

s. Ulyssipone anno 1575. P. Ludovicus Consalvius à Camera, Joannis & Sebastiani Lusitanæ Regum Confessorius, gratissimus in Europa, & operarius indefessus in Africa. A Rege Joanne III. Romanam fuit missus, ut tacitè accurateque observaret modum agendi & virtutes

tes S Ignatii : cui P. Ludovicus perquam familiaris fuit, viditque illum non raro cœlesti lumine circumfusum. Quanti fecerit Rex Sebastianus suum hunc Confessorem & Instructorem , audita ejus morte declaravit : quando diem totum Jejunus transegit, quinque dies in Inctu atratus exegit, & visitato defuncti sepulchro , sacrum exequiale in præsentia sua celebrari curavit.

6. Hispali in Hispania anno 1632. P. Didacus Ruiz , quām eruditus, tam studiosus perfectionis religiosæ. Theologiam editis Tomis sex illustravit, culinam autem domesticam aliisque viliora loca, stupendis humilitatis exemplis exornavit. Diebus, quibus à schola vacandum erat, laxamenti loco , orationis spatio extendebat. Mensibus singulis seponeret diem solidum, quo intima sua inspiceret, disponeretque se ad diem Æternitatis, ad quem frequenter ardenterque anhelabat : *O dies Æternitatis, quando te video !* Flexis genibus studebat, humili situ se disponens ad cœlestia lumen recipienda.

XVI. MARTII.

I. **A**nno 1540. S. Xaverius, ordi-
nante S. Ignatio, & benedi-
cente Paulo III. Pontifice, cum Le-
gato Regis Lusitaniae, Româ discessit
in Lusitaniam, indè moturus in In-
diam. Pridie monitus fuit à S. Patre,
ut se ad hoc iter compararet. Appa-
ratus totus in eo fuit: ut laceras ve-
stes utcunque sarciri curaret, Sociis
valediceret, & Pontificiam benedi-
ctionem impetraret. Pontifex no-
rum Apostolorum opportunis monitis
instituit: ut ad calcandas Apostoli
Thomæ vias se mitti cogitaret; tanti
præcessoris conciperet spiritus, pa-
ratumque gereret animum, ad con-
signandam prædicationem Evange-
lii etiam sanguine fuso. His Xave-
rius ea, quæ decebat, submissione, &
alacritate ad currendam viam in or-
bem alterum, respondit, & Euro-
pam valere jussit. Bartoli *in vita lib. I.*
num. 7.

2. Eodem die anno 1554. ejus-
dem Indiarum Apostoli corporis, cùm
jam

jam à laboribus Apostolicis quievil-
set, Goain advectum est, summo, qui
fieri poterat, apparatu, nec sinè ma-
nifestis miraculis. Navis enim, quâ
vehébatur, vetustate ferè consumpta,
& malè sarta, cum propè Goam in
celocem expositum esset corpus sa-
crum, & merces transportatæ: velut
suo functa munere, illico sua spon-
te, marique tranquillo, demersa est.
Sanitas compluribus ægris reddita.
Sed admirationem maximè movit
sacri corporis integritas, viva spe-
cies, & cœlestis, quam exhalabat,
fragrantia. *Bartoli in vita pag. 283.*
Orland. Hist. Soc. Libr. 13. Num. 87.
Etc.

3. In Hispania anno 1545. Valli-
soletum pervenerunt è Lusitania PP.
Petrus Faber, & Araozius. Cùmque
in aulam Philippi Principis Regii, ex
commendatione Regis Lusitanæ &
Procerum, faciles aditus habuissent,
& humanissimè excepti essent: uten-
tes favore Principis, fidenter se la-
boribus Apostolicis impenderunt
apud omne genus hominum, magna
vir-

virtutis fūrē famā. In hanc falsē
jocatus Melchior Canus, notus So-
cietatis amicus , sparsit : Patres illos
instructos esse herbā quadam , cuius
beneficiō, etiam in conversatione
cum teneriore sexū, intaminati ma-
nerent. Avidus sciendi, quid rei es-
set, misit ad Araozium Philippus
Princeps, ut aperiret secretum. In-
tellexit Araozius, quid ageretur, re-
sponditque rotundē : Eam herbam
esse timorem Domini. Acceptum
secundissimis auribus responsum ,
auxit Patrum aestimationem. Orland.
bist. Soc. l. s. n. 60. Et seqq.

Eodem die obierunt.

4. In nova Francia, Americæ regione
anno 1649. gloria pro fidei victima P.
Joannes Brebeuff, Gallus. Dux Huro-
nes, gentem à Gallis domitam , excole-
ret, ab Iroquois barbaris captus , horren-
dis tormentis in odium fidei trucidatus
est. Primum evulsi sunt ei unguies ali-
quet , & inficta sudib⁹ verbera per
singulas corporis partes ; tum præcise
manus , & contusum lapidibus , lingue
ad-

adusta; deinde sub alas & ad renes ad motæ candentes securis, agnita collo appensa collaria, circum datum cingulum è pice, & resinatis corticibus: Joanne interea animo in cœlum elevato, omnia tolerante suspendò silentio, & corpore inter flammulas immoto. Ubi verò ecclesia loqui cœpit, os illi ob septum circulo, labra concerpta, truncatus nasus. In baptisni ludieram imitationem, aqua bulliente totus perfusus; denique alligato ad palum, quem per amplerius est, detracta cutis de capite, amputati pedes, caro à coxis ad ossa usque avulsa, mandibula securi diffissa, ferro ustæ plantæ, dissectum pectus, cor evulsum & devoratum. Sic P. Joannes egregium specimen dedit fortitudinis priscorum Martyrum; sed non minus illustre argumentum zeli veterum Confessorum. Appulsus enim ad illas regiones, neminem reperit Christianum, moriens facile septem millia reliquit.

5. Romæ anno 1626. Joannes Tibaldus, Coadjutor. Ex milite factus Religiosus, totus fuit in deploranda prioris vita licentia: donec moneretur à Novi-

O - tio-

eiorum Magistro, ut absternis lacrymis,
 latiores de amore DEI susciperet cogita-
 tiones. Sic purgato cœlestes deliciae ple-
 no alveo se infuderunt, mirisque gratiis
 servum suum dignati sunt JESUS &
 MARIA. Ajebat, se à DEI-para nullam
 unquam passum esse repulsam in iis, quæ
 pétierat. Aliquando examen cum cœte-
 ris tyronibus instituenti, Christus adfuit,
 velut ad excipiendas confessiones in sede
 compositas; suggerebatque Joanni er-
 rata, & remedia ad illa evitanda? Interea
 Joannes tantis affluebat animi deliciis,
 ut dicebat: *Non amplius Domine, non
 amplius; quia emorior.* Monuit insuper
 Christus; ut in dubiis confidenter recur-
 reret ad Superiorem, & dictis ejus ac-
 quiesceret. Alias laboranti in culina,
 Christus amabilissima specie se illi spe-
 ctabilem exhibuit. Sed mox tam gravis
 menti incubuit tentatio: ut non solum
 culinam, sed Societatem etiam deserere
 cogitaret. Quare ducto profundo su-
 spirio: *JESU, ajebat, JESU bone, nō me
 desere.* Et JESUS respondit: *Habe fidem,*
quod ego sum Salvator tuus, Et cognosce
*tuam superbiam, ac scito, quod finē me nō
 bil*

bil possis facere. Erubuit Joannes , & omnis abacha est , nec unquam rediit , tentatio.

XVII. MARTII.

L. **A** Nnō 1548. Socii decem Ulyssi pone solverunt in Indiam , exigua turma , sed cuius singuli mulorum vicem implerent . Eminebat inter ceteros Gaspar Barzzus , Belga , cui post Xaverium vix parem habuit India. Quid inter navigandum præstiterint , docuit exscensio facta in portu. Complures enim , qui ea classe vehebantur , ad pedes Xaverii pro voluti , Societatem petierunt : inter quos navis unius præfectus , alias Gubernator arcis cuiusdam præcipue , insignis itēm Doctor Juris , & alii. Ad has cogitationes impulerunt illos tum vitæ discrimina inter navigandum , tum præcipue exercitia spiritualia , quæ in itinere , obie runt . Bartoli in vita S. Xaverii libr. 2. n. 45. § 46.

2. In Europa electus est anno 1652. in Generalem Societatis Præ-

positum Decimum P. Goswinus Nickel, Germanus, post magna cum laude gubernata varia Collegia, & bis Provinciam Rheni Inferioris. P. Francisci Piccolominei Assistentem cum ageret pro decem Provinciis, ad eò se probavit: ut supremo chirographo ita scripserit de P. Goswino: *Societatem ei commendō, quem Vicarium nōmīno, & juratus judico aptissimum, P. Goswinum Nickel, Assistentem Germania.* Vicarii Generalis munus tam laudatè gessit: ut post brevem P. Alexandri Gottifredi Praefecturam plurimā Patrum suffragatione eidem successerit. *Nadasi in Anno dier. Memor.*

3. In Indiam etiam anno 1567. suppetiæ missæ, quæ hac die solverunt Ulyssipone. Eminebat inter ceteros Socios P. Organtinus, celebre nomen in historia Indica: cuius is ardor fuit in ea provincia experenda: ut datis ad Præpositum Generalem Franciscum Borgiam literis scripserit: se vivere non posse, illa negata missione, præstū cordis & ani-

mi

ni in sola cogitatione illius expeditionis intolerabili. Totum nihilominus cum se obedientia permisisset, his verbis conclusit epistolam :
Quanquam, si negabitur Missio Indica, oportebit te, Pater, suppliciter rogar: Dominum, ut hoc desiderium temperet. Nam ut nunc quidem est, tanto in astu confistere diu vita non potest. Multa & egit, & passus est in Japonia. Saccb.
 p. 3. l. 3. n. 222.

Eodem die obierunt.

4. In nova Francia anno 1649. P. Gabriel Lallemand, Gallus, P. Joannis Brebeuf, de quo heri, Socius laborum & tormentorum: præter tolerata omnia, incredibili constantia, quæ heri narrata sunt, tormenta, aeuis in corpus suffixis subulis excruciatus est P. Gabriel; oculi effossi, & in eorum cavitatem inserti carbones ardentes, totum denique corpus tortuim, caro frustatim ayulsa, & à barbaris devorata. Stupenda sanè in homine teneroris complexionis virtus divinæ gratiæ, ad tanta fortiter constantérque tamdiu toleranda. Solebat alias P. Ga-

briel se ipsum excitare, ac animare : *Aye anime, pereamus sancte: ut dulcissimo JESU cordi vel sic jucunditatem, quam possumus, pariamus. Dignus est JESUS, pro quo aspera omnia perferamus.*

5. Mexici in America, anno 1610. P. Ferdinandus Gomez, è Mexicanus Curione operarius Societatis indefessus. Sequenti ab ejus obitu die, Religiosus Ordinis S. Dominici vidit, ex nostri Collegii fastigio candidam levari nubem, atque Orientem versus tendere. tum instar scalz ad cœlum ferri. Quæ ille animo gestiente spectans, cum intellexisset, P. Ferdinandum expirasse : ob vulgatum viri sanctimoniam non dubitavit, eum hoc schemate representatum, in cœlum ascendisse.

6. Parisiis anno 1667. P. Philippus Labbe, Gallus, celebris & copiâ & mole librorum editorum. Conciliorum omnium Collectionem Maximam edidit Tomis 17. in folio : quoruin quatuordecim in lucem emisit ipse, reliquos P. Gabriel Cossartius. Opus palmare, & tantis viris dignum. Sed quod magis mirandum: præter vastos illos Tomos, plu-

plurimos alios in varia materia libros
non tenues edidit Labbaeus: Sotuellus in
Bibl. Soc. recenset tres supra sexaginta.
Rarus certè, qui vel obiter tot perlegerit
volumina.

XVIII. MARTII.

L. **S.** Franciscus Xaverius, cùm in
procinctu esset, adeundi Apo-
stolatum suum in India; Ulyssipone
anno 1541. geminas Romam dedit
literas. Alias ad S. Ignatium & P.
Codurium; alias ad PP. Jagum, &
Laynez. In prioribus informat im-
primis de eximio Regis erga Societa-
tem & Indorum salutem affectu, to-
taque aulâ ipsius ad singularem pie-
tatem compositâ. Deinde orat ob-
noxè & repetitis precibus: ut sibi &
duobus Sociis in Indiam ituris, Ignatius & Codurius præscribant accura-
tè & minutim modum procedendi
in conversione gentium illarum.
*Etsi enim non diffidimus, quin nos expe-
rientia ipsa præsens doctrina & directura
nonnihil in eo sit: precipuam tamen
spem intelligendi, quid in hujus totius ad-*

ministratio negotii , potissimum D E O
cordis fit ; in suggestione admonitione qua-
vestra ponimus . Ad hanc suppliciter
petendam , dicit se compelli metu :
nè hujsmodi subsidiis humanis ne-
glectis , Deus sibi subtrahat lumina &
auxilia necessaria & efficacia ; prout
sblet subtrahere iis , qui vel ex incu-
ria , vel ex animi præfidentia & turmo-
re , negligunt consilia aliorum , præ-
fertim Superiorum , &c. Epist. nov.
l. 1. epist. 7. § 8.

2. In hunc diem cum incidat fe-
stum S. Gabrielis Arch-Angeli : ju-
vat recolere disertam ab ipso factam
cuidam religiosiori personæ com-
mendationem Exercitiorum spiritua-
lium S. Ignatii , anno 1600. in Hi-
spania . Cum enim illa proposuisset ,
animam excolere prædictis Exerci-
tiis ; laudavit Arch-Angelus ejus
propositum , addiditque : Singulare
obsequium per hoc Reginæ nostræ
præstabis . Significat enim ubi : se
fuisse & esse , Patronam & Fundatri-
cem illorum Societatis Exercitio-
rum ; sequè adjuvisse , ac docuisse S.

P. Ignat.

P. Ignatium, ut ita fierent. *Nigronius*
Tract. 6. de Exerc. spirit. cap. 4.

Eodem die obierunt.

3. Apud Cofanes in America, anno 1611. P. Raphaël Ferrer, Hispanus, à barbaris, quos ad fidem erudiebat, de ponte præcipitatus & demersus. Quadringtonos Christo subjecit, & oppida tria condita civibus implevit. Zelus ejus contentus non fuit quibusvis Missionibus, sed maximè arduas appetebat. Insigni dono lacrymarum præditus, quoties vel sacrum diceret, vel litanias aut alias preces recitaret, vel librum spiritualem legeret piis lacrymis diffuebat. Ex aliquorum quoque oculis eas eliciendi artem callebat. Confluxerat aliquando populus ad profanum spectaculum, neglectâ Ecclesiâ: ergo P. Raphaël Crucifixo arrepto in scenam provolavit, tamque acris oratione spectantes concussit, ut communis comploratione coorta, omnes à spectaculo discesserint.

4. Cadurci in Gallia anno 1632. P. Jacobus Roche. Erga Venerabilem Eucharistiam piissimè affectus, cum in æta-

te juniore vi morbi ad extrema esset redactus, ardenter petiit, illam sibi quanticus ministrari, non tam ut Viaticum, quam ut pharmacum. Illâ pastus, illico convaluit, cum stupore medicorum. Divino amore adeò astuabat: ut ex ore loquentis de divinis, viderentur scintillæ profilire, & audientium corda succendere incendiō beatissimō; quo utinam omnes conflagraremus.

s. Mexici in America anno 1640. P. Alphonsus Guererus, Hispanus. Orationi & meditationi mente tam attenta inhærebat: ut excitator matutinus in medio cubiculi flectentem, atque à terra sublimem, repererit. Ægrotorum tam amantem se præbuit, ut cùm pro nulla alia re facultatem generalem peteret; pro hoc solo obtinuerit, ut infirmos invivere posset. Eger ipse, gratias Deo agebat, & identidem ingeuninabat: *Dominifimus, Domini sumus.* Tandem, Valde, inquit, fitio: sed DEO gratias quod tam propè absimus à fonte aquarum viventium. In lectulo ergo se compo-
suit tanquam moriturus, Sociosque sui
secu-

securos jussit ad quietem se recipere.
Mane repertus est requieuisse in pace.

6. P. Joannes Bonifacius, Hispanus,
Villagarciae anno 1606. annos amplius
40. docuit Grammaticam. Huic erat
Germanus frater, alumnus religiosi Or-
dinis; munia concionatoris, Doctoris,
Provincialis, & si qua sunt alia in religio-
nis familiis honestamenta, consecutus.
Ille cum fratrem longo intervallo vi-
ret, miratus est, ipsum in ludi litterarii
pulvere tot jam annos sepultum jacere.
Siccine inquit, etatem tuam frater, do-
ctrinam, ingeniumque contemni? com-
missum oportet a te aliquid gravius, cu-
jus poenam luas. Cui Bonifacius subri-
dens retulit, magna censeri apud nos
munia, quae despiceret. Se hanc scholam
Theologicis, in quibus docere potuisset,
cathedris praetulisse. Tum fratrem de-
ducit in cubiculum, ac libellum e scri-
ario promit, in quo descripta legebantur
nomina praesulum, procerum, & religio-
sorum imprimis virorum, amplius mille
ac ducentorum, qui e sua disciplina pro-
diissent: & his, inquit, radicibus adeo
humilibus & obscuris nantuatur illæ ar-

bores, quarum fructus ad publicam utilitatem tam longè latèque pertinet. *Fu-*
vencius fol. 446.

XIX. MARTII.

I. **C**rescentibus in Hispania dei-
diis, inter sacrum Prædicato-
rum Ordinem & Societatem, ratione
doctrinæ Molinianæ de Concordia
Gratiæ cum libero arbitrio: ad ea
componenda, noluit sapientissimus
Rex Hispaniæ Philippus II. suam
deesse operam. Imprimis per literas
Ordinis Provinciales convenit: ut
omni studio concordiam inirent,
pacemque colerent. Cum nihil omi-
nus Burgis, Valentia, Vallisoleti, Sal-
manticæ & alibi; adversarii graviter
invecti essent & publicè in doctrinam
Societatis: evocavit ad se Pro-
vincialem Patrum Dominicanorum,
& Visitatorem Societatis P. Garziam
Alarconium, jussitque: ut uterque,
inito cum suis consilio, deligerent,
ac scripto sibi traderent Media qua-
dam, quæ traderent efficacia ad pa-
cem & amicitiam conciliandam, ser-
van-

vandámque. Quæ postquam Rex attentè perlegit; suggestit & ipse, pro exquisita sua prudentia, constituitque quædam ab utrisque servanda: quæ ipsis per Confessarium suum, Didacum Jepez, scripto tradidit hoc die, anno 1596. 1. Utrobique præficiantur Collegiis & Universitatibus Lectores bene affecti erga doctrinam S. Thomæ; male affecti re, moveantur. 2. Donec aliud statuatur, religiosi unius Ordinis non eant ad disputationes alterius. 3. Nemo qualificet doctrinam alterius tanquam erroneam, hæreticam, &c. 4. Si quis contra hæc peccasse deprehendatur; quantocyus ad Regem deferatur, si non fuerit à suis Superioribus severissimè castigatus. Hæc Rex pacis studiosissimus ordinavit, meliore affectu, quam effectu. *Eleuther. hist. de auxiliis lib. 2. c. 28.*

2. Apud Sinas anno 1692. obtulerunt Patres Peckinenses libellum supplicem Imperatori Camhi, in corona Mandarinorum primi Ordinis pro tribunali sedenti: quo quererban-

bantur de persecutione excitata à
protege in provincia Chekiam con-
tra Christianos, & Christianæ legis
prædicatores ; opemque suæ Majes-
tatis implorabant, ac insuper petie-
runt abrogationem Decreti contra
Christianam Religionem lati tempo-
re universalis persecutionis. Non
ingratus fuit Suæ Majestati libellus,
quia ab ipsamet in favorem legis
Christianæ & nostrorum composi-
tus. Ut tamen servaretur stylus Cu-
riæ , remisit eum ad Tribunal Ritu-
um : à quo cùm non satis favorable
decretum emanasset ; iterum cum
magna indignatione eum remisit ad
idem Tribunal, accuratiùs recogno-
scendum. Quo factum est, ut tan-
dem libertas prædicandi & suscipi-
endi Religionem Christianam , per
totum Imperium sit concessa publico
& universali Imperatoris edicto. Ex
literis P. Thoma Pereira Romam datis
ad P. Generalem anno eodem.

Eodem die obierunt.

3. Parisiis anno 1626. P. Petrus Co-
tonus,

tonus, Gallus, unum è majoribus Societatis Gallicanæ luminaribus. A Rege Henrico Magno assumptus in Ecclesiasten, ita placuit: ut ei etiam arcanae scientiæ crederet; ac suo illum curru ad templum vexerit, manuque prehensum, suggesto, ut concionaretur, admoverit. Delphini quoque institutionem ei commisit, parabatque virum ad Arelatensem Archi-Episcopatum, & purpuratum Ecclesiæ Senatum evehere. Sed ille tam scitè tamque validè eos honores est deprecatus: ut hoc ipso deinceps fuerit Regi pretiosior. Erat Cotonus cuvis par muneri, & scientiarum excellehtiâ, & eminentis virtutis merito, & singulari agendi dexteritate efficaciâque. Ex aulæ sumis & illecebris ita nihil prorsus illi adhæsit: ut passim *Bonus aule Angelus* diceretur. Animum ejus Deo semper inhærentem, nulla inter orandum turbabat distractio; zelum, quo infectabatur hæreticos, nulla extinxerunt pericula, etiam gravi vulnere per sicarium accepto. Et vivum & mortuum non paucis prodigiosis gratiis honoravit Deus & Angelus Custos.

4. Posonii in Hungaria , anno 1637 .
 magnum extinctum est Lumen Ecclesiae
 & Societatis Petrus Cardinalis Pazinianus ,
 Hungarus . Purpurâ & Archi-Epis-
 copatu Strigoniensi , scientiam virtu-
 temque ejus condecorauit Urbanus
 VIII . & Imperator : ut labenti Ecclesiae
 Pannonicæ validos supponeret haue-
 ros . Nec fefellit spem de se conceptam .
 Clerum accuratissime reformatum , mul-
 tos proceres Ecclesiae restituit , tum ver-
 bo suayi pariter ac potenti ; tum editis
 nitido stylo patrio libris . Collegium
 Societatis , quam semper ut matrem a-
 mabat , honorabatque Posoniense , Aca-
 demiam Tyrnavienseni , Seminarium
 Clericorum Viennæ , Conventum Pa-
 trum Franciscanorum in Arce nova , Cor-
 nobium S. Claræ Posonii , insigni muni-
 ficientiâ fundavit ; ubique zelus , ma-
 gnificus , & quod inagis mirum , humiliis .

5. Goz in India Orientali anno 1634
 P. Antonius de Andrade , Lusitanus . In-
 defessus per regnum Tibet Missionarius ,
 Venenô propinatô à quodam heretico ,
 extinctus est : sed Deus sepulchrum ejus
 fecit gloriosum , tum persanatis ægris ,
 tum

tum vivâ effigie P. Antonii, fin superita posito marmore, re lucente, tamque alteri marmori impressa: ut deleri & eradi non potuerit.

XX. MARTII.

1. A Nnō 1544. Manapare epistorum. **A**dam dedit S. Xaverius ad Franciscum Mansillam in Comorennum: in qua stimulat ipsum ad prosequendos Apostolicos labores, ad quos assumptum esse rarae felicitatis est. Tunc, inquit, *semper demissum ante Deum nostrum, in dulci sensu perpetua gratiarum actionis: quod elegerit te, inefficiunt tam sublimem, quam siud est, in quo versaris,* &c. Epist. vovarum lib. I. epist. II.

2. In Urbe, cùm Controversia de Auxiliis Gratiarum, & doctrina Molinæ, primùm agitata apud Consultores à Pontifice designatos, deinde apud Cardinalem Madrutum & ipsius Assessores, procul videretur abesse ab optato fine: Pontifex Clemens VIII. annō 1602. ad summum Tribunal suum revocandam censuit:

vo-

volutisque in Vaticano palatio ipse adesse disputationibus ut arbiter supremus & judex. Prima igitur hoc die habita est coram Pontifice disceptatio, partes Patrum Prædicatorum agente Didaco Alvarez, Societatis Gregorio de Valentia. Pontifici assidebant Cardinales duo, Pompeius Arigonius, & Camillus Burghesius, qui post Clementem Pontifex fuit Paulus V. Episcopi aderant complures, doctrinâ præstantes. Quæstio agitata fuit: *Quis majores vires ad bonum, libero arbitrio tribuat, S. Augustinus, an Molina?* Respondit P. Valentia: Molinam non majores tribueret vires libero arbitrio, quam tribuerit S. Augustinus: nec ullam eidem negare, quas tribuit S. Augustinus. Utrumqæ solide ac prolixè probavit adductis testimoniosis S. Augustini & Molinæ: & visus est, etiam adversariis non diffentibus, palmam obtinuisse. *Eleuther. hist. de auxiliis lib. 5. cap. 2. § 3.*

3. In Gallia an. 1583. Henricus Rex datus manu sua bis literis, ad se Lu-

te-

tetiam evocavit P. Edmundum Augerium : ut ejus operâ uteretur in condenda, quam moliebatur, Sodalitate Pœnitentium. Hoc die initium illi factum est admodum speciosum. Nam præter ducentos, & amplius è prima nobilitate, Rex ipse, Principes duodecim, Cardinales sex, Duces tres, Episcopi sedecim, in eam nomina dederunt, & in saccis pœnitentium publicè apparuerunt, stupente populo. *Sacchini. part. 5.*
lib. 3. n. 103.

Eodem die obierunt.

4. Romæ anno 1597. P. Jacobus Tyrius, Scotus, Germanus. Assistens. Ex ejus adhuc pueri, capite visi sunt radii quidam preniciuisse, futuræ sanctimoniarum prodromi, Operam navantiologicæ in Collegio Romano, nimiumque literis addicto, spectabilis adfuit S. P. Ignatius, graviterque redarguit: quod languente virtutum studio, ex orandi tempore aliquid ad studendum decerperet, ignobili & damnoſo farto. Monitum conclusit hoc epiphonemate: *Jacobus,*

be; plus de virtute, minus deficiencia.
Resipuit Jacobus, Deoqué & virtutis integrè tradens, quæ Dei sunt, evasit in virtute & scientiâ præstantem.

5. Genue in Italia anno 1662. P. Antonius Julius Brignole, olim Senator Reipubl. Genvensis opibus & præclaris operibus insignis, maximè verò stupendâ in pauperes liberalitate. Unico anno 1651. expendit in pauperes plus, quam duecenta & quadraginta millia librarum. Extremo ante initam Societatem dece-
nio, ut non nemo collegit ex registris (quanquam non omnia scribebantur) notatus est plns, quam quadragesita & sexaginta quinque milia librarum ele-
mosynæ nomine erogasse. Unde pse-
sum vocabatur Thesauri Divini Präfe-
ctus, *Cassero di Dio.* Ex tantis eleemo-
synis Societati obvenit nihil, quod errore
re multis ipsiō, putarit eam non egere.
Quem errorem ubi postea, jam receptus
in Societatem, deprehendit ex visu usu-
que quotidiano, multum indoluit: à ne-
mine unquam ex Societate ea de re apud
se mentionem esse factam, proditamque
domesticam egestatem. Sed cum defe-
ctum

Etum compensavit abunde, quando se ipsum, talern tantumque tradidit Societati. Rogatus a magno quodam viro, an religiosa paupertate contentus viveret? Annuit, & adiecit: *Si tosum mundum inter evo inclusum haberem; ovum illud cum omni mundi gloria terrae alliderem.* Monitus, ut mitior esset in corporis sustentatione, reposuit: *Animi delicias esse corporis eructatus.* Concionatorem egit planè Apostolicum; verbis & operibus potens, Plura dat vita typis edita.

XXI. MARTII.

I. Post hesternum coram Pontifice congressum Grégorii de Valentia, & Didaci Alvarez, non æquè fereni fluxerunt utrique parti ligantium dies. Nam, ut ipse Thomas de Lemos, in tom. 2. M. S. Actorum suorum testatur: Jesuitæ plaudentes extollebant Valentiam scum: Adversarii autem in luctu positi, querebant hominem, quem Alvarez substituerent: designaruntque ipsum de Lemos, non quidem eruditio[n]e, sed ætate & ore validiore;

qui

qui deinceps cum Theologis Societatis congressus est, ac privatim conscripsit Acta quædam in hujusmodi congressibus. Verum talibus Actis, sicut etiam Francisci Begnæ, omnem fidem abrogavit Innocentius X. *Benther.* in *Praefat. art. 10.*

2. S. Franciscus Xaverius in Indiam proficiscens, anno 1540. hoc die Laureti, in sacro illo Dei-parce Sanctuario sacris operatur, & Legato Regis Lusitaniz, aliisque itineris comitibus, divinam Eucharistiam impertit. *Nadas. in Indice Memor.*

Eodem die obierunt.

3. Antverpiæ in Belgio, anno 1616. P. Gerardus Florentii, Belga, impiger & dexterimus per Hollandiam Missionarius. Morbo, apud Praetorem pagi cuiusdam simulato, ab eo benignè suscepitus licet ignotus, tam opportunè ac dextrè se se insinuavit: ut ad religionem Catholicam ipsum, & paulò post potissimum pagi partem, adduxerit. Ad omnem obedientiaz mutum promptissimus, cuvis opitulari & servire paratus,

sunt, omnibus omnia fieri sat agebat: præstare quidvis & paterat, & volebat. Egro cuidam operam navabat sanus, & disertè predixit: se illo citius è vita discessurum: postea triduum vita sibi superesse dixit: nec plus superfuit.

4. Majoricæ anno 1621. Joseph Cladera, Coadjutor. Cum magno tenetur desiderio Societatem ingrediendi, nec tamen potere auderet: pia fœmina divinitus edoceta, quid animo volveret: Vade, ait, Joseph, Societatem JESU pete, nec time, impetrabis. Petiit, & impetravit. Manè una alterave horâ ante alios surgebat: atque tempus illud flagellando se, sacra lexitando, atque orando ducebatur.

5. Mexici in America anno 1622. P. Nicolaus Arnaya, Hispanus. Vir inter prima Societatis Americanæ decora numerandus, & qui omnium septentrionalis Americæ regionum Pater appellari possit. Orationis & Humilitatis studio potissimum excelluit. Illius testes sunt nocturnæ horæ, & subinde noctes integræ inter precandum ductæ: istius illustre Specimen dedit, quando Rectorem Col-

Collegii Guadianensis agens , apud
prorege unde gravi facinore accusatus est
à quodam magistratu ; famaque per va-
rias regiones percrebuit ; P. Nicolaum in
vincula conjectum teneri . Nihil etiam
refutationis adhibuit ; sed suæ se invol-
vens conscientia innocentia & humilita-
te , pro calumniatore orabat . Adfuit in
tempore Deus , & hominem maledictum
eò adegit : ut coram multis arbitris cane-
ret palinodiam ; atque innocentii fieret
bona fides accessio , unde procurata fue-
rat pessima . *Sotkell. in Bibl.*

XXII. MARTII.

L. **C**orpus Magni Indiarum Apo-
stoli , S. Francisci Xavertii , an-
nō 1553. è Sanciano Sinarum Iasu-
la , Malacam in India delatum , inte-
grum , suaveolens , & vivo simili-
num ; licet integro semestri calce vi-
va obrutum jacuerit . Occurrit ad-
ventanti Vicarius Episcopi cum Cle-
ro & effusa urbe , atque in Ecclesiam
reverenter detulere . Remuneratus
est largè & sine mora id officii San-
ctus . Pestifera enim lues , quæ com-
plu-

plures quotidie absumebat, illicò depulsa est, nec ullus deinceps illa iactus. Fami quoque, non minori malo, qua laborabat populus, adfuit confessim remedium, appulsis cum annona copiosa navibus. Accessit & tertium miraculum. Candela enim cerea coram Sancti sepulchro constituta pro ceræ quantitate arsura horas decem, arsit totos 18. dies; & ceræ, quæ ex illa defluxerat, pondus inajus fuit, quam ipsius integræ candelæ. *Bartoli in vita lib. 4. n. 36.*

2. Idem Sanctus anno 1552. Goâ epistolam dederat Armuziam ad P. Joannem Rodericum: qua illi commendavit veram constantemque animi submissionem; ad quam concipiendam duo illi proposuit media: Ut cogitet, se Societati necessarium non esse, & dum aliorum salutis curam gerit, suæ non sit immemor. Ad modestiam autem submissionemque animi retinendam, illa nobis, inquit, cogitatio saluti erit. 1. Multò magis nos Societate, quam societatem nobis indigere. 2. Qui sui immemor fit, alierum

salutariter memorem esse non posse. Epist. vet. lib. 4. epist. 4.

3. Romæ coram Clemente VIII. habita est anno 1604. Disceptatio XXVI. de Auxiliis Gratiae. Quæstio ventilanda erat : *An sit expressa sententia S. Augustini, vel saltèm de ejus mente, an potius contra ejus doctrinam : quòd Deus leges ordinarias donorum suorum adultis distribuendorum, magna ex parte usui liberi arbitrii accommodaverit ?* Respondit pro Molina P. Ferdinandus Bastida; & cùm Quæstionis sensum explicuisset, ostendit inductione multarū legum, quas servat Deus in distribuendis donis suis, quām illæ sint accommodatæ usui liberi arbitrii : ac tandem necessitatem hujus accommodationis ratione à priori demonstravit. Denique doctrinam Molinæ de his, S. Augustini doctrinæ omnino conformem esse ostendit. *Elcuther. hist. de auxiliis lib. 5. cap. 30.*

Eodem die obierunt.

Nangasachi in Japonia anno
1643.

1643. P. Antonius Rubinus, Italus. In scrobe Japonica suspensus pro fide. Vix appulerat in Japoniam Evangelii prædicandi gratiâ, mox cum sociis captus, & sollicitatus est ad Christum ejurandum. Cùm generosè renuisset: in ærumnosum carcerem primùm compactus est; deinde per totos septem menses, destinatis diebus, tormento aquæ maximâ copiâ ori infusæ, & mox maximâ violentiâ compresso ventre, inter acerbissimos dolores egestæ, cruciatus est. Denique palam circumvectus cum adscripta supplicii causa: *Quod ipse, & socii, Christi fidem prædicatum venissent contra edictum Imperatoris.* In scrobem suspensus capite depresso, pedibus in altum sublatis, est interemptus.

5. In Paraquaria Americæ regione anno 1645. apud Itatines, quos excolebant, clavâ ligneâ trucidati sunt P. Petrus Romerus, & Matthæus Fernandez, Hispani; præcordia evulsa, & præciso jugulo, in linguam, qua Christi legem prædicabant, sævitum.

6. Antverpiæ in Belgio, anno 1655. R. Franciscus Perez. Habuit eam felici-

tatem , ut die nascentis Christi nascetur , & postea ipso Christi morientis die moreretur . Ante ingressum in Societatem mirè liberalis in pauperes , Angelum vel Christum ipsum , sub pauperis specie meruit habere convivam . Duos filios dedit Societati , quos deinde secutus est ipse ; atque ante illos sacris iniciatus , dum primam Deo hostiam litaret , & aliás non semel , ministros ad altare habuit , uno Diaconi , altero Sub-diaconi officio fungente . Postquam autem & ipsi primum obtulerunt sacrificium , utriusque filiorum pater adstitit , ut director , jucundâ raraque scenâ .

7. In Gallia anno 1628. obedientissimam usque ad mortem tradidit Deo Petrus Colet , Coadjutor , Gallus . Vicius morti , rogavit P. Rectorem , juberet mori : ut vel sic aliquomodo conformaretur Salvatori suo , obedienti usque ad mortem . Detrectavit durum imperium Rector : nè tamen infirmus optato fraudaretur merito , monuit : ut se quam accuratissimè conformaret universalis illi decreto divino , quo statutum est omnibus

bus hominibus, mori: Acquievit Petrus,
& obediens obiit.

XXIII. MARTII.

I. **J**ULIUS III. PONTIFEX MAXIMUS.

Jgravem Societati luctum indi-
xit funere suo, anno 1555. Pontifi-
catūs sui quinto. Sensit imprimis
immaturam ejus mortem Collégium
Romanum, cui liberale annuū vec-
gal assignavit: sensit & Collégium
Germanicum in Urbe, cui certa pe-
cuniarum subsidia subministrabat ex
intervallo; sensit denique Societas
universa, quæ Julium agnoscebat ut
Patrem, à quo amplissimo diplomate
confirmatam, immunitatibus au-
ctam, munitam privilegiis, ornatam
beneficiis, propugnatam & propa-
gatam authoritate, se agnoscebat.
*Orland. hist. Soc. part. 1. lib. 15. num.
2. § 3.*

2. Romam cùm anno 1585. heri
pervenissent Japones, Legati Chri-
stianorum Regum, de industria di-
latus est in noctem ingressus eorum;
ut sequenti majore pompa celebra-

retur. Placuit enim Pontifici Gregorio XIII. ut eadem solemnitate, qua Europæorum Regum Legati, exciperentur, & in aula regia Senatus Patrum Purpuratorum ipsis daretur. Pridie ergo inter tenebras diverterunt ad Domum Professam Societatis, ubi à Claudio Generali, & 200. circiter Sociis, amantissimè, nec sinè lacrymis intimi gaudii testibus, sunt excepti, & in templo Hymnus Eucharisticus decantatus, ob tot itinerum difficultates & discrimina feliciter superata, toto jam exacto triennio, ex quo è Japonia solverant. Hodie ad Villam Julii Tertii extra portam Flaminiam delati currute, salutati sunt nomine Pontificis, à quibusdam Curiæ Pontificiæ Ministris; ac dein solemnissimâ pompâ, reboantibus è Castro S. Angeli tormentis, profecti sunt ad palatium Vaticanicum, equites, habitu Japonico, vultibus egregiam indolem, ætatis florrem, & generis morumque non vulgarem nobilitatem præferentes. Exceptit illos in aula regia Pontifex cum Car.

Cardinalibus, vultu blandissimo, sed oculis madentibus ; accendentésque insigni cum reverentia ad pedum e- scula , atque literas regum suorum exhibentes, ceu filios dulcissimos iterum iterúmque amplexatus est. Exposuerunt post hæc per Interpretē P. Jacobum Mesquitam , qui ipsos ex India deduxerat, causam Legationis suæ : ut scilicet principaliū suorum nomine, verum ac fidele obsequium deferrent summo Christi Vicario , & Universalis Ecclesiæ Pastori. Respondit Pontifex gravi- ter ; tandemque ad privatum illius conclave sunt deducti, dulcique colloquio distracti , donec epulo tem- pus adesset. Pariter etiam deinceps hu- manitate atque splendore habitū sunt , quamdiu in Urbe cominorari placuit. *Sacchin. part. 5. lib. 5. num. 6. Et seq.*

Eodem die obierunt.

3. Nangasachi in Japonia anno 1643
P. Albertus Meczynski, Polonus, non minùs religiosa virtute, quàm genere

clarus. Iisdem tormentis in eadem causa, cum P. Rubino, de quo heri, sublatus est. Cùm luculenta hæreditate Societatem in Polonia juvisset: *Jam*, ait, *nihil habeo, nisi sanguinem, quem Deo meo tradam.* Hunc, ut pro Christo funderet, Japoniam impetravit. In tyrocinio Romano imitatus S. Kostkam, de Virgine DEI-para, inter tyrones mira verborum sensuūmque affluentia sermonem serebat, novásque eam colendi artes afferebat in medium. Cubiculum ingressurus vel egressurus, facie ad ædem S. MARIAE Majoris conversâ, DEI Matrem Dominam suam, venerabatur. Tali tyrocinio respondit vita omnis, & mors gloriosa.

4. Porti in Lusitania anno 1547. Vasco Ferras, Scholasticus, Lusitanus. E nobili & locuplete Canonicō factus humilis & pauper Religiosus, quantum has Christi virtutes amaret, declaravit: quando suadentibus medicis, ad patriâ auram, quâ reficeretur, missus, non in domum paternâ, sed in nosocomium se recepit. Mortis die ex vero prædictâ, fertur à DEI-para Virgine, & sanctis Joanne atque Augustino visitatus & recreatus.

g. Pla-

s. Placentiæ in Hispania anno 1564.
 P. Joannes Paulus Alvarez, Ecclesiastes, mirabili gratiâ & efficaciâ clarus. Evangelio super ægros recitato pellebat morbos, & dæmones. Methymnæ & Placentiæ Rectorem cùm ageret, eam suaviter fortiterque induxit religiosæ disciplinæ observantiam: ut *Angelorum Collegia* dicerentur. Vitam longiorem non optabat, nisi ut amore Christi plura patetur.

XXIV. MARTII.

S. P. Ignatius anno 1522. novam vitam solemni ritu auspicatus, cùm pridie festi Annunciationis Dei-paræ Virginis venisset in pagum ad radices Montis Serrati positum, proprium peregrinorum simul & pœnitentium comparavit sibi habitum; vilem tunicam ex crassa canabæ, funem, quo cingeretur, cucurbitulam aquariam, & viatorium baculum. Sic instructus ad sacrum monasterium perrexit: ubi ex homologè similitudine tam accuratè districteque peregit, tantisque cordis dolore: ut

retum triduum pœnitentialis luctus tenuerit. Confessione absoluta, pretiosas vestes sub noctem mendico donavit, & recenter comparata diploide sese vestivit, totamque noctem ante aram Dei-paræ stans, vel de genibus precando, vigilavit. *Bartoli in vita lib. i. num. 10.*

2. In Indiam hoc die anno 1578. è Lusitania expedita sunt nova subsidia, socii quatuordecim ; parvus numerus, sed multis magnisque rebus gerendis idoneus. Inter cæteros eminebant Rudolphus Aquaviva, qui postea in Salfettis Martyrii purpura donatus est ; Michaël Rogierius, & Matthæus Riccius, qui primi in Sinarum mediterranea penetrarunt, & claustrum illud Evangelio referarunt. Felici navigatione, & opportunissimè pervenerunt Goam. Cœperat enim ibi quorundam levitate laxari disciplina domestica : quæ mox religiosissimis advectorum hospitum exemplis ad normam debitam est feliciter composita. *Saccchin. p. 4. l. 6. n. 231.*

3. Michaël Bay errores suos agnoscit & retractat his verbis: Ego Michaël de Bay, Cancellarius Universitatis Lovaniensis, agnosco & profiteor me ex variis colloquiis & communicationibus, habitis cum R. P. D. Francisco Toleto, Concionatore Suæ Sanctitatis, & ad hanc rem specialiter misso, super diversis sententiis & propositionibus, jam olim à Sanctissimo Domino Nostro Pio V. fel. record. sub data Kalendarum Octob. anno 1567. & nuper à Gregorio XIII. moderno Pontifice Maximo de data IV. Kalend. Febr. 1579. iteratò damnatis & prohibitis, ità motum, & eò perductum esse, ut planè mihi habeam persuasum earum omnium sententiarum damnationem atque prohibitionem jure meritóque ac non nisi maturo iudicio & diligentissima excusione præmissis, factam atque decretam esse, &c. Denique declaro me in præsentiarum ab iis omnibus recedere, & damnationi à S. Sede factæ acquiescere, neque posthac illas docere, aut defendere

dere velle. Datum Lovanii die 24.
Martii anno 1580. *Juvencius* fol.
270.

Eodem die obierunt.

4. Monachii in Bavaria anno 1630.
P. Adamus Saller, Germanus, Goncio-
nator celebris, ac duplici cælitus accepto
nuncio memorabilis. A quodam è So-
cietate jam defuncto, qui ei apparuerat,
audivit non sinè horrore hanc vocem:
Nisi in Societate esses, periturus eras. At
à DEI - para Virgine plenum solatii &
gaudii nuncium accepit de sua ad beatifi-
tudinem æternam prædestinatione. Fi-
dem huic revelationi adstruebant pro-
funda P. Adami animi demissio, ardens
animatorum zelus, piorum colloquiorum
usus, & assidua æternorum cura. Con-
ciones genibus flexis scribebat, quasi a-
manuensis DEI: habebatque se ut in-
ternuncium, per quem Deus populo ex-
poneret mandata sua.

5. In Hibernia anno 1650. P. Patri-
cius Lea, Hibernus. In heroico charitatis
obsequio cum quatuor sociis occubuit,
serviendo pestifera lue tactis. Quantam
de

de illius sanctitate opinionem conceperit populus, manifestum fecerunt agmina a currentium certatiq; è domibus, ut transeuntis fimbriam vestimenti deoscularentur. Rapi enim se, ajebant; ab amabili quodam odore suavissimæ virtutis, ex ejus fronte, oculis & tota membrorum compositione fragrantis. Cùm non solum Philosophicis ac Theologicis scientiis egregiè instructus esset, sed etiam artis Medicæ apprimè peritus: totis corporis & ingenii viribus incubuit in corporum animarumque sanitatem, & Sacra menta & medicamenta ministранdo ægris. Mortem hausit à fœdissimo cadavere inhumato: quod nè aërem inficeret, suis humeris elatum, terræ mandavit.

XXV. MARTII.

I. PRIMO hujus diei crepusculo, S. Ignatius, novi VERBI incarnationi miles, indutus arma lucis, vetera arma, pugionem cum ense, Aræ Marianæ in perpetuum anathema appendit; divinæ mensæ accubuit, e-
quum monasterio donavit, & cùm
de-

devotioni suæ largè indulsisset, Montem Serratum properè deseruit : nè à confluentibus undique hominibus agnosceretur , & proderetur : Mansam autem se recepit. *Bartoli in vita lib. i. n. 10.*

2. Romæ anno 1661. edita est encyclica parænæsis à Reverendissimo P. Joanne Baptista de Marinis , Generali Magistro Ord. Prædie. in qua hortatur universum ordinem : *ut cum inclita Societate JESU sit illis utrimque anima una, & cor unum in Domino;* allegatque hanc in rem admonitionem IV. Capituli Generalis Valentini anno 1591. & Ordinationem 21. Capituli Generalissimi Romæ anno 1644. habiti ; & ibidem anni 1656. confirmatione decima : ubi prævaricatores hujus legis mox ipso facto incurruunt , & incurrisse declarantur privationem utriusque vocis , graduum & officiorum , cum perpetua inhabilitate ; quam solus Magister Ordinis , vel Capitulum Generale auferre possit. Provinciales quoque & alii Superiores , quicunque has pœnas

nas transgressoribus infligere diffimulârint, à suis officiis absolvantur. Ità ibi. Servatur hæc epistola in archivo Domûs Professæ Romanæ S. J.
Nadasi in Ind. Memor.

3^o In Hispania Segobiæ, anno 1572. Venerabilis P. Franciscus Suarez primam Deo hostiam obtulit, Verbum Incarnatum hoc die, magna animi sui voluptate, sed nec parvo præmisso apparatu. Novo Sacerdoti statim à P. Provinciali demandatum est munus Confessarii Domesticorum, & rerum spiritualium Præfectura: quamvis vix attigisset ætatem ad sacerdotium requisitam, & in numeroso Collegio non deessent viri ætate & moribus graves. Sed præcox in juvene mysta virtutis, prudenter & scientiæ maturitas (jam enim Philosophiam prælegebat) id honoris & munera, omnium judicio meruerat. *Maffejus in vita.*

Eodem die obierunt.

4. Nangasachi in Japonia anno 1643 glorioſæ pro Christo appetitæ mortis pal-

palmam adepti, tres Socii P. Antonii Rubini (de quo 22. Martii) P. Antonius Capetius, Italus. P. Didacus de Morales, Hispanus, & P. Franciscus Marquez, in Japonia patre Lusitano natus. Centies & quinquies tolerâsse Japonicum infusæ aquæ tormentum, feruntur; totis novem diebus in scrobe pependerunt capite depresso, denique gloriosum certamen gladio cädente consummârunt.

s. Romæ annô 1561. Ægidius Montanus, Belga. Morti vicinus, vehementer angebatur de quadam inobedientia commissa, licet jam expiatâ: cùm ecce nocte intempesta, vigilanti videtur aperriri cœlum; putabatque se attolli in altum, sed velut plumbea veste gravari; quò minùs ad conspectum DEI evolaret. Sentiebat tamen, sensim plumbum illud colliquefere, & se altius atque altius attolli: non tamen ausus est, ex conscientia noxæ illius, oculos levare ad Deum, donec ab eo audiret, condonatum jam esse, quidquid erat culpæ. Eodem tempore cognovit diem mortis suæ, & duorum ex eodem Collegio Patrum:

responditque prædictioni eventus , & visionem non fuisse vanam docuit.

6. Messanæ in Sicilia , anno 1619 . Bartholomæus Valditarus , Italus , Novitius . Cùm adolescentulus adhuc literis operam daret , eam collegerat apud coetaneos , sui venerationem : ut aliquantò liberiùs agentes , si intervenisset Valditarus , illi sucllamarent : *Bartholomæus venit !* sèque ad modestiam comporen- rent . In tyrocinio Societatis vix per anni dimidium versatus , inventus est cœlo maturus . In morbo supremo colloquia de Virgine DEI - para miseri volebat , & aliò deviantes , ad institutum revocabat . Denique disertè affirmavit : se ad B. V. ab Angelo salutatæ festum è vita excessum , & excessit .

XXVI. MARTII.

I. **A** Nno 1553. S. P. Ignatius auream illam de virtute Obedientiæ dedit epistolam , ad Patres Fratres que degentes in Lusitania . Cùm enim ibi non pauci è Societate præter modum exarsissent in pietatis officiis ; putaréntque fas esse , agere in hoc

hoc genere, quidquid alicui videtur melius: ideoque immoderatus zelus, impatiens directionis Superiorum, non pauca peperisset incommoda tum privatis personis, tum ipsis communitatibus: coercendos, & intrà sphæram Obedientiæ contineendos, existimavit S. Pater. Mirâ autem prudentiâ formavit, & suavitate condivit, ac numeris omnibus absolvit eam epistolam: ut nihil, quod ad perfectionem virtutis Obedientiæ pertineat, ipsi desit; prout disertè testatus est S. Franciscus Borghia in literis ad Societatem datis, post electionem sui in Præpositum Generalem. *Quia, inquit, B. P. Noster Epistolam de Obedientia scripsit, non utilem modò, sed omni dignam admiracione; quippe cui nec quicquam addi possit, nec detrabi: ad eam vos remitto cum hac una voce Evangelii: Hoc fac, & vives.* Bartoli in vita S. P. lib. 3. n. 25.

2. In Moschoviam hoc die mouit ex Urbe, anno 1581. P. Antonius Possevinus, charactere Legati Pontificii instruitus, ad pacem compo-

nen-

nendam inter Stephanum Bathoreum, Poloniæ Regem, & Joannem Basiliū Magnum Ducem Moschoviæ. Pressus hic vītricibus Stephani armis, missa Legatione ad Gregorium XIII. Pontificem confugit, orando: ut pro sua, qua pollebat in Principes Catholicos authoritate, susciperet pacificationis negotium, nè copiofior funderetur sanguis Christianus, sed potius junctis armis impeteretur communis hostis Turca. Addidit splendida promissa reconciliationis suæ gentis cum Sede Romana. Delecta igitur est, in hanc rem, multis probata experimentis, prudentia & industria P. Antonii: qui pacem quidem feliciter composuit; sed Moschus promissis non stetit fideliter. *Sacchin. part. 5. libr. 1. num. 110.*

Eodem die obierunt.

3. Limæ in regno Peruano, anno 1613. P. Stephanus Paez, laudatus à dñibus religiosis gubernationis. Cùm mortuo parentaretur, vidit nō nemo, nō

non vulgaris virtutis famâ celebris, P.
Stephanum ad Aram procedentem , ab
obvio S. P. Ignatio amanter excipi , &
eximis gratulationis officiis honorari.

4. Catanzæ in Sicilia , anno 1604. P.
Ferdinandus Paterno. Confessarium e-
git S. Aloysii Gonzagæ , quando is , de
statu vita deliberans , à Beatissima Virgi-
ne Societatis incundæ consilium accepit,
atque id Confessario suo aperire iussus
est. Incidit aliquando in grave castitatis
suz discrimen : quando ad ægram quan-
dam invitatus , sensit lupam latere sub
plumis. Solicitatus ad scelus , sine mora
fugâ gloriosâ sibi consuluit.

5. Brunæ in Germania , anno 1627.
Balthasar Mayr, Coadjutor, Germanus.
Quotiescumque DEI-paræ Virginis ima-
ginem præteribat, illam humillima salu-
tatione ac reverentiâ venerabatur. Con-
cionatorum socius, ad pedes eorum cum
Magdalena sedere amabat , ut Verbum
DEI reverentiùs exciperet. Corpus ejus
in crypta Brunensi repertum incorru-
ptum.

6. Dolæ in Gallia , anno 1634. P.
Joannes Lerinus, Gallus. Insignis Divi-

narum Scripturarum Interpres , quarum magnam partem eruditis commentariis , in Tomos octo distinctis , illustravit . Quamvis Romæ Theologum Præpositi Generalis , & librorum à nostris imprimendorum censorem ageret , atque in cathedra scholastica sacras interpretaretur scripturas : habebat tamen tantum temporis ad tot conficiendos Tomos ; quia nihil illius perdebat . *Soubuell. in Bibl. Soc.*

XXVII. MARTII.

I. **S.** Franciscus Xaverius anno 1552. dedit epistolam ad P. Simonem Rodericum , quâ ipsi commendat juvenem quendam à nostris charitate tenerima : qui valetudinis gratiâ remitti debuit in Lusitaniam . Oro te , inquit , per Dei Domini nostri amorem atque obsequium , Charrissime mi frater Simon : Andream Garvallium ea isthic charitate excipias , quâ & ego , & ipse , speravimus excipiendum & recipiendum & recreandum à te . *Epist. Vet. lib. 5. epist. 18.*

2. Aliam

2. Aliam dederat idem hoc die, anno 1544. ad Franciscum Mansillam, qua queritur de intimo cordis sui dolore, dum videt Neophy whole crudè tractari à Lusitanis. Deinde corrigit quædam, quæ Mansilla, transferendo Symbolum Apostolorum in linguam Indorum, non satis expresserat. *Epist. novarum libr. 5. epist. 3.*

3. E Lusitania in Japoniam hodie solvit anno 1588. P. Sebastianus Morales, cum Sociorum septem leto manipulo, consecratus jam Episcopus Ecclesiæ Japonicæ. Inter alia enim, quæ Legati Japonici, & Romæ cum Pontifice, & in Hispania cum Rege Philippo in commodum illius Christianitatis egerunt, fuit & istud: ut Ecclesiæ illi, jam propè quadragenariæ, quæ Reges in familia sua censeret; numeraréque supra ducenta millia fidelium, Episcopus proprius daretur: à quo ibidem ordinari possent Operarii Evangelici & Sacramentorum Ministri. Rex Philippus ad id muneris nominavit è Societate JE-

JEsu P. Sebastianum Moralem , tunc
Lusitanicæ Provinciæ Præpositum, vi-
rum animo, consilio, virtute, indu-
striâ, cuivis egregio muneri parem.
Ratam habuit nominationem Ponti-
fex Sixtus V. expedivitque sinè mo-
ra diplomata consecrationis. Sed
Deo , inscrutabili Providentiâ , pla-
cuit potius ; bonum Præfulem ad
percipienda præteriorum laborum
præmia evocare, quâm novis reser-
vare. Navigatione parum salubri u-
sus, cùm morbi grassarentur in vecto-
res & turbam nauticam , quibus ipse
Præfus impiger serviebat Sacramen-
torū administratione ; contracta lue
decessit, in proximo Mozambici por-
tu tumulatus. *Sacchin. part. s. lib. 8.*
n. 184. &c seqq.

Eodem die obierunt.

4. Saffari in Sardinia, annô 1624. P.
Salvator Pisquedda , Sardus , magnus in
excolenda Christi vinea operarius. Cùm
mater eum adhuc utero gestaret , ingre-
sus est domum ejus peregrinus quidam ,
an Angelus potius sub specie peregrini .
edi-

edixitque filium ab ea gestari, cùmque magnum heroem, qui multis esset saluti futurus; ideoque iussit, nomen *Salvatoris* ei imponi. Et re vera se talem præstis-
tit, præsertim in Missionibus, quas ingen-
ti zelo & indefessus obibat, Domino co-
operante etiam signis sequentibus. Cùm
vox & latera, ob debilem complexio-
nem, dicenti ad concionem in templis
segrè sufficerent: quoties tamen in pagis
& campis ad rudem plebem dicebat, tam
sonora validaque voce & contentione
agebat, ut supra naturam videretur. SS.
Trinitatis & Christi Eucharistici cultui
addictissimus, spectabilem illum non
rarò habuit in Sacrificio Missæ, eâ formâ,
qua gloriosus à morte resurrexit. Emi-
nenti contemplationi perpetuam junxit
sui mortificationem. Vaticiniis multis,
clarus, etiam post mortem non obscuris
miraculis est honoratus. Sed his maius
est; quod morti vicinus, Superiorum
jussu fassus sit: se nullius gravis noxæ un-
quam commissæ, nec alicujus Regulæ
violatæ, conscientiam habere.

5. Glacii in Germania, anno 1653.
P. Joannes Warlichius, Germanus, mo-
rum

rum candore, & singulari in DEum fiduciâ clarus. Oeconomiam Collegii Glacensis per annos 25. religiosè, peritè, atque accuratè administravit. Morti proximus, dixit Confessario : se à DEI-para Virgine coram ejus statua miraculosa, petuisse, ut ibi moreretur, ubi tanto tempore pro viribus laborasset: illam verò disertis verbis annuisse. Eventus annutum probavit.

6. Viennæ Austriæ anno 1657. P. Jodocus Kedd, Germanus; Ecclesiastes & scriptor zelosus pro Ecclesia Catholica; solitus à puerò, consenso scabello, vel arboris truncò, in Prædicantes cacodoxos invehi. Nova in illos bella, seu bellandi methodum elegit, per minores libellos: qui ut facili sumptu parantur & comparantur; ita sine tædio, & à pluribus leguntur. Triginta aliquot hujusmodi libellos ab illo editos recenset Sotuell. in Bibl.

7. Cracoviæ in Polonia anno 1669. P. Nicolaus Cichovius, Polonus. Initio vitæ religiosæ obtinuit, ut Coadjutoribus Temporalibus adscriberetur; vixitque trienniò ea sorte contentissimus. At ubi



clariū se prodidit ejus ingenium & industria, studiis applicatus ita profecit: ut Theologiam cum dignitate docuerit; Arianos acerrimè infectatus est, effecitque tandem: ut generali Reipublicæ edito prosciberentur è regno, pœnâ capitâ propositâ contumacibus. *Sotuell.*
in Bibl.

XXVIII. MARTII.

LP Claudio Aquaviva Præpositus Generalis, dedit anno 1587. epistolam ad Provinciales Societatis. de quibusdam Mediis ad ejusdem conservationem conducentibus: quam ipsorum forti executioni commendavit. Habetur inter impressas Generalium epistolas.

2. Anno 1556. postquam Rex Lutitaniae Joannes III. nuncium accepit de obitu S. Indiarum Apostoli: ex concepta de illius sanctimonia opinione, illicè mandavit Francisco Barreto Proregi: ut quamdiu esset recens memoria gestorum viri Sancti, & patratorum miraculorum; curaret inquiri juridicè, & relata firma-

ri iuramento, de virtutibus & miraculis illius. Fecit hoc Rex piissimus et propensiis ; quod certius credebat : quidquid fiebat in India, sive ad Dei gloriam, & Ecclesiæ propagationem, sive ad sua commoda ; id totum laboribus & meritis Xaverii deberi. *Bartoli in vita l. 4. n. 41.*

3. In Lusitania turbatum est aliquantum anno 1589. ratione scholarum Collegii Conimbricense : quæ ut in corpus Academiæ admissæ fuerunt : ita urgebant Academici cum Procuratoribus regiis ; ut & illæ à Visitatore regio inspicerentur. Restam absonta & incommoda visa est Præposito Generali Claudio : ut habitacum suis consultatione decreverit, potius cedere omni jure docendi in Academia Conimbricensi, & omnibus redditibus , quos eo titulo Collegium possideret. De qua sententia sua jussit Cladius P. Fonseca, quantocytus reddere certiorem Regem. Exposuit omnia Regi Fonseca hoc die ; tamque benignè auditus est : ut Rex laudatâ P. Generalis

prudentiâ, non tantum nihil voluerit innovari; sed etiam censum Collegii jussiterit amplificari. *Sacch. p. 5. l. 9. n. 198.*

Eodem die obierunt.

4. Camberii anno 1606. P. Alexander Hunnæus, Scotus, ad omnes legum nostrarum apices ita formatus, ut veri Jesuitæ viva effigies diceretur. Magna illi latina & græca eruditio, vi stupenda memorizæ, qua librum semel à se lectum. ita complectebatur: ut, quidquid non. solum in Capitibus ejus, sed versibus etiam contineretur, memor fuerit. Quotquot illi unquam de nomine noti fuerunt, illorum semper illi recens fuit memoria. Militum animos in missione castrensi ita rapuerat: ut procul adventatem genibus nixi operirentur. Intrâ paucos menses fertur bis mille hæreticos Ecclesiæ adjunxisse.

5. In Peruana occidentalis Indiæ provincia gloriosum cursum consummavit P. Andreas Crtiz Orunnius, Hispanus, post præclarè proiectam ibidem rem Christianam per annos 39. Multos a-

gross

gros persanavit, post mortem quoque in illos beneficis. Crucifixi simulacrum, quod de more manibus mortui P. Andreæ inseruerant, fertur ori suo, velut ad osculum, admovisse. Cadaver post tempus non modicum non solum incorruptum, sed etiam miro fragrans odore reperatum.

6. Majoricæ anno 1583. P. Julius Cussola, Hispanus. Intentus semper in occasiones vexandi corpus, gulam vel maxime castigandam suscepit. Inter prandendum, optima illi subtrahebat; vespere plerumque nihil attingebat. Plures dies absque ullo potu duxit, ne guttula frigidæ vestuanti linguae permisæ. Paupertatem amabat intimè, & singulari constantiæ. Unde nunquam aliquid novarum vestium vel calceamentorum admisit, contestans: Si mortuo sibi imponerentur, se ea rejecturum.

XXIX. MARTII.

I. Anno 1545. Ulyssipone vela fecit in Indiam P. Joannes Beira, tyro unius anni, sed jam maturus laboribus Apostolicis. Goam appul-

fus, rerum magnarum, ad quas vocabatur, humilia jecit fundamenta, in ministeriis insimis se se exercendo, donec cum Antonio Criminali proficeretur ad Paravos. Indè ab Xaverio Malacam evocatus, in Moluccum denique missus est, ubi inter quotidianas mortes ægrè vitam trahens, multis saluti fuit. Innumeris insidiis appetitus etiam à Regibus, mirabiliter ope divina evasit; ut etiam ex naufragio non uno. *Bartol. Afiat. hist. l. 6.*

2. In Europâ, Ecclesiam moderante Sixto V. rumor percrebuerat: Pontificem moliri mutationem aliquam in Instituto Societatis. Quafamâ, quam sint gavisi hæretici, tam consternati Catholici, etiam principes. Inter alios Guilielmus Dux Bavariæ, literas propria manu exaratas, dedit ad Sextum hac die, anno 1589. quibus eum prolixè fortiterque dimovere ab ea sententia conatus est, denique conclusit: *Quare Beatissime Pater, submissè iterum rogo: hocce Religionis Catholicæ in his partibus ferè uniuersum*

cum praefidium, laudabilem hanc Societatem, ex ratione tueri nobis ut velit; nō circa ejus salutare, totique Ecclesiae proficuum Institutum, ulla ratione perturbari, vel contristari eam finas, &c.

Quas literas ubi Sixtus accepit, compositas à Jesuitis, atque adeò suppositas dixit: fuitque Minutio Ducis Oratori egregiè laborandum exhibitis aliis Guilielmi epistolis, unde & manus ejus & stylus innotesceret, ut proprias esse Ducis persuaderet. Respondit ergo Sixtus tum Bavaro, tum aliis principibus: non venisse sibi in mentem, aliquid de Instituto laudabili Jesuitarum mutare: sed solùm rationem vitæ quorundam sibi displicere. *Sacchini. p. 5. l. 9. num. 24. &cqq.*

Eodem die obierunt.

3. Genuæ in Italia, annô 1620. P. Bernardinus Zanonus, Italus. Tam accuratus fuit in numero & pondere verborum suorum: ut non nemo fuerit, qui per annos 20. nullum verbum otiosum illi clapsum observârit. Si de mundi re-

bus tractaretur inter colloquendum, obdormiscebat: si sermo ad cœlestia, seu spirituaria, flechteretur, evigilabat. Genuam induxit Virgines, quas vocant czruleas, seu cœlestes Annunciatas: eisque leges prudentissimè præscripsit, ab Archi-Episcopo, & Pontifice summo laudatas, & approbatas.

4. In regno Peruano anno 1654. P. Joannes de Villalobos, vir quam innocentis conscientiæ, tam fortis patientiæ in apoplexia, & diuturna 24. annorum arthritide tolerata. Vini usu omni sibi interdixit, & quidquid palatum mulcebat, Christo libabat per abstinentiam: à quo præscientiâ futurorum, & absentium notitiâ donatum fuisse, non uno patuit experimento. Disciplinæ domesticae tam severè retinens fuit: ut *Disciplinæ Columna* diceretur. Confessarius testatus est: eum nulla gravi culpâ primam innocentiam contaminâsse.

5. Ripoli in Hispania Gabriel Vayle, Hispan. Scholasticus. Inter cætera non vulgaris ejus virtutis specimina eminebat ardens DEI-parâ Virginē exquisitè colendi studium; quod illi stimulus erat ad

ad alias virtutes comparandas ; ut tantò magis Dominæ suæ placeret. Fructum ejus pietatis luculentum percepit , quando in itinere quondam deficiente , jámque morituro adfuit Angelorum Regina , multâ splendidâque cœlitum coronâ stiptata ; & Gabrielem suum in Domum beatæ eternitatis invitavit.

XXX. MARTII.

IS. Xaverius anno 1545. transitus rus ad Macazares Christo subjugandos , existimavit , primùm sibi conciliandum esse S. Thomam Apostolum , quo uteretur potenti Patrone ad eam expeditionem. Meliaporem igitur , ad sepulchrum , peregrinationem suscepit , totamque hebdomadam sinè cibo jejonus exegit. Eo in itinere navi , quæ secundissimis ferrebatur ventis , periculosa prædicta tempestate , qua ferè convulsa est. Meliapore quidem noctu inter orandum in templo à dæmonibus pessimè delumbatus est : at Divum Apostolum tam propitium habuit ; ut plenus animorum & spei de secun-

dissima in Macazares expeditione,
abierit. *Bartol. in vita libr. 1. n. 49.*
Sseqq.

2. Annô 1549. P. Gaspar Barzæus, Goâ Ormuzium solvit, gravissimis & opportunissimis monitis, quæ prolixè recitat Bartoli libr. 5. Hist. Asiaticæ, instruētus à S. Xaverio: ut & aliis utilem, & sibi non noxiā exerceceret prædicationem. Ceciderunt pia monita in terram bonam, & fructum tulerunt centesimum in multa patientia. Barzæus ità rem egit, ut alter videretur Xaverius. Statim ac attigit insulam, atque in ea celeberrimum totius Orientis Emporium, detonare cœpit contra sectas, quarum ibi cohuvies est, gentilium, Judæorum, Mahometanorum, Schismatikorum, hæreticorum, & pravorum Catholicorum: juvítque Deus pios conatus. Gravissimi enim terræ motus trigesies intrà 9. dies concusserunt Urbem, & indurata omnium corda: ut certatim concurrerent ad Barzæum prædicantem, quærentes; quid faciendum, ad avertendam

Nu-

Numinis iram , & urbis præsentem
interirum ? Unde opportunissimam
habuit ille occasionem , jam nutantes
animos impellendi ad fidem veram,
& seriam pœnitentiam , magno cum
fructu. *Bartol. ibid.*

3. E Lusitania Ulyssipone , hoc
die anno 1599. iterum solvit in In-
diam & Japoniam P. Carolus Spino-
la, cum sociis viginti, quibus ipse
Præfetus fuit ; melioribus auspiciis
ingressurus pridem expetitam Japo-
niam : in qua non ex vano auguraba-
tur se ornandum Martyrum laureâ .
sed multo labore comparandâ. *Hu-*
go in vita c. 10.

Eodem die obierunt.

4. In Germania ad Rhenum , anno
1622. P. Joannes Sandæus , Belga , tri-
bus globis trajectus ab hæreticis , odiô fi-
dei & Societatis : vir orandi studio , ani-
marum zelo, ac multa patiendi desiderio
conspicuus.

5. Valencenis in Belgio , anno 1619.
P. Henricus Sommalius , Belga , homo
auctoritas ob morum candorem & ce-

initatem. Ipsi S. P. Ignatio ob experientiam virtutis studium percharus fuit. Nunquam ad consuetum recreationis ordinariæ locum accedebat, nisi tribus instructis punctis spiritualibus, quæ captata occasione profonderet, ad piam sermoninandi materiam suggenderet.

6. **Cannæ in Litvania anno 1652.** P. Nicolaus Lancicius, Polonis parentibus in Litvania natus: Vir inter sanctos Heroes censendus. Catholicam religionem tanto animi ardore amplexus est adolescentis: ut ad delendas sectas omnes etiam Jesuita fieri voluerit, gravissimis peremptis obstaculis. Romæ tyrocinio & studiis altioribus absolutis, applicatus est Archivo Romano excutiendo pro confiende Historia Societatis. Quo labore cum laude perfunctus, datus est Collegio Romano Praefectus Spiritus Primarius à P. Claudio Praeposito Generali, quamvis ætate non admodum preiectus. Provincias dein Polonam, Bohemicam, & Litvanam, jam Rector, jam Praepositus Provincialis, aut Praefectus Spiritus, doctrinâ Asceticâ, & heroicis virtutibus illustravit. Externis proceribus, Praelatis,

& Regibus charus & venerabilis, apud domesticos non raro invenit, quod patet, & quidem maximo animi sensu. At ille inter quævis honoris & famæ detrimenta : *Hoc & non aliud, ingeminabat, Domine, sit condimentum & solatum crucis, dolorum, & afflictionum mearum, novas semper experiri cruces, & nunquam cessantibus afflictionibus, propter Te DEum meum abundare.* Sed quod magis ille incurius fuit Nominis sui, eò pluribus, etiam prodigiis gratiis, ante & post mortem cumulabat eum Deus: de quibus plura in vita typis edita.

XXXI. MARTII.

URbanus VIII. anno 1629. prohibuit, per Breve *Romanus Pontifex*; nè Nostris eligant sibi Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ: sed pro suis confessionibus utantur tantum Confessariis à Superioribus Societatis designatis. *Bullar. Societas & Commune Tom. 5. Constit. Urbani 125.*

2. In Hispania anno 1566. Venerabilis P. Ludovicus Granatensis Ord. Prædicat, doctrinâ & vitz san-

cti-

& imoniâ clarissimus, insigni epistolâ consolatus est quendam è Nostris, mœstum ob famam Societatis canino dente laceratam. Ostendit felicem esse Societatem, quod' ejus primordia Providentia divina exerceat adversis: contrà verò timet suo Ordini propter homines tam infestos Societati; concluditque: Maximo ergo gaudio Vestra Reverentia exundet: quod Societas ipsiusmet Ecclesiæ primitivæ vestigiis insistat. Et vñ Romæ, quando funditus evertetur Carthago: ut non habeat, qui illam exerceat. *Gomez in Elog. Societ. part. 1. Clasf. 7.*

3. Societati non nocuisse, sed potius incrementa dedisse aduersa, quibus in Hispania exercebatur, docet epistola ad S. Ignatium Romam data hoc die ab Antonio Corduba, Rectore Academiæ Salmanticensis, parentibus Comitibus & Marchionibus genito: qua, ut purpuram Ecclesiæ sibi imminentem, ex promotione Caroli V. Cæsaris, posset atra Societatis veste mutare; urgentissimè institit

tit apud Ignatium , & impetravit,
Orland. hist. Soc. p. 1. l. 12. n. 42.

Eodem die obierunt.

4. Cantone in China, anno 1606.
Franciscus Martinez, Chinensis Schola-
sticus. Cum rei Christianam pro viri-
bus promoveret, à quodam apostata pro-
ditus, & falso accusatus est tanquam pro-
ditor & magus. Unde Judicis decreto ,
tam crudeliter est fustibus verberatus , ut
exspirarit , prima pro Christi fide victi-
ma apud Sinas. Qamvis enīm Judex
gentilis fortè necem non intulerit fi-
dei causā : certè ab eo scelere excusa-
ri non potest proditor, qui Judicem fal-
sis criminacionibus incitavit.

5. Valentiae in Hispania, anno 1621.
Franciscus Rodes, validæ patientiæ , &
teneræ pietatis Juvenis. Itinerantem
aliquando cœca nox & horrida tem-
pestas ità involvit: ut omne consili-
um , quâ eundum esset , eripuerit.
At afflito Sanctus Pater Ignatius ma-
gna luce splendidus apparuit , ac viam
commonstravit.

6. Patavii in Italia , anno 1538.
 mense Martio , sed incerto die , è mi-
 litante Societate ad triumphantem evo-
 catus est P. Didacus Hosius , unus è
 primis decem Patribus Societatis . Cùm
 magnos motus concionando faceret in
 illa civitate , à Vicario Episcopi , nè
 aliquid sinistri spiritūs lateret , in car-
 cerem & vincula conjectus est : sed
 paulò pòst cum honore dimissus . Po-
 stremus S. Patri Socius accessit , & pri-
 mus ad Cœlum abiit . Animam ejus
 ab Angelis cælo inferri vidit S. I-
 gnatius , magna luce coru-
 scantem .

F I N I S
Partis Primæ.



IN.



INDEX.

A.

- A**gnegatio sui, - - pag. 69
Academia prima Societatis
 Gandiae, - - - 246
Academiae Lovaniensis præclarum
 testimonium de Societate, 10
Academia Mediolanensis tradita
 Societati, - - - - - 51
Academiae Hispalensis suffragium
 pro libro Molinæ, - - - 65
Acta Lemosii & Pegnæ reproba-
 ta, - - - - - 334
Admissio ad Societatem sine restri-
 ctione conceditur, - - - 302
Adolescentia innocens & Venerabi-
 lis, - - - - - 248
P. Adornus Franciscus à S. Carolo
 Bor-

Index.

- Borromæo monitus de instantे morte, - - - - - 60
Adversarius S. Ignatii in Patronum mutatus, - - - - - 297
Æger quietus, - - - - - 322
In agone lucta viri innocentis, 69
P. Albenosa Matthæus canens moritur, - - - - - 98
P. Alberti Francisci mors pretiosa, - - - - - 121
P. Albizius Sanctus occultus, 290
Alexander VII. Pœnitentiarios è Societate in Vaticana S. Petri Basilica constituit, - - - - - 219
De Allagon Jacobus Coadjutor contemptori sui, - - - - - 16
P. Almeidæ Joanni itineranti imber parcit, assiduus in oratione, 99
S. Aloysius suscipit Ord. sacros, 230
Magno fructu concionatur, 257
Baptizatus antequam penitus in lucem editus fuisset, - - - 281
P. Aloysius Petrus lanceis confossus, - - - - - 265
Altercatio de Gratiis æqualibus, sed non æquè efficacibus, - - - 264
P. Alvarez de Paz celebris Asceta, Vo.

Index.

- Votum ejus de vitandis peccatis
venialibus, eum Christus ample-
xatur inter sacrificandum , 77
- Alvarus Vincentius Martyr pœni-
tens , - - - - 81
- Sub P. Alvarez Joanne Paulo Ange-
lorum Collegia , - - - - 345
- Alumnatûs Vilnenfis erectio , 67
- P. Amici Francisci Sapientia sim-
plex , - - - - 132
- Anachoreta puer , - - - - 16
- Cum Angelo Cust. familiaritas , 34
- Angelus agonizantis curam gerit ,
- - - - - 235
- Angerus conscientiæ angores pati-
tur , - - - - 245
- P. Ansaldus Hieronymus monetur,
nè parcè petat à Deo & DEI-pa-
ra , - - - - - 142
- Sacrificanti Christus cor suum in-
serit , - - - - ibid.
- Apparatus ad mortem , - - 57
- Aqua cribro hausta , 98
- P. Aquaviva Claudius , Christi fa-
vor erga illum. Mors sine me-
tu , - - - - 131
- Eligitur Generalis , 208
- P.A-

Index.

- P. Araosii Antonii encomia, 27
Arbitrii liberi ratio plerumque à
Deo habetur in donis distribuen-
dis, - - - - - 338
Arbor Obedientiarum, - - - - - 128
Ardor loquendi de Divinis, 322
P. Arias Antonius in morte gaudet
& luget, - - - - - 252
P. Arnaya gravem calumniam hero-
ica humilitate tolerat, - - - - - 335
Ascesis seu Exercitia S. Ignatii ab
Arch-Angelo Gabriele commen-
data, - - - - - 320
Assistentes novi eliguntur in Con-
gregatione VI. - - - - - 216
Assistentes novos vult eligi Ponti-
fex, - - - - - 273
De Ausa Sancius Novitus sitim diu
tolerat, - - - - - 187
Visitatur à Christo Domino, 188
P. Avellanda Joannes Victima chari-
tatis, pietas & modestia ejus in sa-
crificando, - - - - - 169
P. Augerii Edmundi læta mors, con-
versorum ab eo multitudo, 86

Avi-

Index.

Aviditas audiendi lectiones P. Mal-	
donati,	24
Aulicus intaminatus,	106
Innocens,	327

B.

P. Bareiræ Balthasaris oratione pro-	
fligantur barbari,	141
P. Bartolus Daniel Scriptor rerum	
Societatis,	61
P. Barzæus Gaspar pergit in In-	
diam	315
Mira operatur,	370
P. Barzena Peruanorum Apostol.	8
P. Basile Victima fidei, præfigia mor-	
tis ejus cruentæ.	248
Bastus Petrus Coadjutor, peregrinus	
à B. Virgine prandio reficitur,	249
P. Baving Hermannus Angeli Cu-	
stodis cultor,	190
Bay Michaël agnoscit, & retractat	
suos errores,	347
P. Becanus Martinus, aulicus inta-	
minatus,	106
Sermo ei brevis cum externis,	107
P. Bellarminus fugit negotia sœcu-	
laria,	90
	Fa-

Index.

- Famâ de Assumptione sui in Cardinalatum turbatur , 252
- Cur factus Cardinalis, sub pœna Excommunicationis jubetur → purpuram assumere , 255
- Qualem se præbuit in nova dignitate , - - - 268
- De controversiis ejus judicium → Card. Perronii , 172. & 179
- P. Boccop victimâ fidei , integer in medio nationis pravæ , 211
- P. Boim Benedictus vocatur ad Societatem , - - - 244
- P. Bonifacius diu docet Grammaticam , - - - 323
- P. Bonetus mortem oppetiit , qualem optavit , - - - 120
- S. Borgia missus ad conficiendum fœdus contra Turcas , 230
- Patientia ejus in viarum incommodis , - - - 231
- Prima ejus vota , 135
- Braccus Josephus Coadjutor indiferens ad munia , morbi dolores animabus purgatorii donat , 145
- P. Bradlæus victimâ fidei in carcere , - - - 128
- P. Bre-

Index.

- P. Brebeuff Joannes Victima fidei, &
patientia ejus stupenda inter
horribilia tormenta, 312
- P. Brentus Jacobus, post luctam in
agone victor, 68
- P. Brignole Antonii liberalitas
erga egenos, 332
- Thefauri Divini Præfectus, Socie-
tati per errorem nihil præter se
dat, contemnit mundum, 333
- P. Brixianus senex Sacerdos Coadju-
torum officiis jungitur, 106
- Bulla de novennali Congregatione
Generali & triennio Superiorum,
- - - - - 5
- Contra Apostatas Societatis ex-
tenſa, - - - - - 74
- Bullâ cruciata quoad confessiones
non utitur Societas, 373
- Burdigalenses turbæ contra Socie-
tatem, 18
- P. Busenbaum Hermannus, clarus
Theologia morali, 133
- C.
- P. Cajetani Octavii castitas defensa
à Sancto Ignatio, 278
Ei-

Index.

- Eidem amplexus à JEsu Eucharistico datus, 279
- Calvini libros deosculatur demon, 139
- Calumniator Societatis punitus, 23
- Calumnia gravis heroica humilitate tolerata, 336
- Camillos Cajetanus Nuncius Apostolicus, 23
- P. del Campo Joannes, Victima pro fide, 118
- P. Camus Petrus desiderat Crucem, 16
- P. Canisii heroica resolutio, 150
Rheticam docere jubetur post Theologiam traditam, 151
Fervens animus & cruda corporis patientia, 277
- Canonizationem Sancti Ignatii urget Ludov. XIII. Rex Galliarum, 226
- Canonizatio SS. Ignatii & Xav. 292
- Cantus Catechismi gratus Indis, 94
- P. Carafa Vincentius eligitur Generalis, magis Patrem, quam Matrem se exhibet, 32
- Carcer & catenæ 30. annis pro fide tolerata, 266

P,

Index.

- P. Cardim Joan. ægrum Crucifixus amplexatur, sacrificat in cilicio. - - 206
- Careræ familiaritas cum Angelo Custode, ejus tergiversatio in surgenden offendit Angelum, 34
- P. Carlantinus Carolus potens verbô & lacrymis, - - 173
- P. Carvallius Didacus victima pro fide frigore consumpta, 221
- P. de Caffarubios Joannis orationis studium, & reverentia erga omnes, - - - 101
- Castitas verecunda, - - - 9
Ejustuendæ præsidia, 43. it. 211
- Castitas defensa, - - - 49
Turpi remedio servata, 60
Servatur fugâ, - - - 356
- P. de Castro Alphonsi fortitudo in tormentis pro fide, corpus occisi honoratum à Deo, 29
- Cautela in sermone, - - - 367
- Cecottus Paulinus Coadjutor, efficax in orando, - - - 94
- Censorum libri Molinæ iniquum judicium, - - - 69

R

Cen-

Index.

- C**ensores libri Molinæ non probantur Pontifici, - - - - 100
Censura libri Molinæ ad incudem revocatur, - - - - 7
P. Cepario Spiritus S. dictat exhortationem, - - - - 305
Cereus ardens non immutatus, 337
P. Cerquiera Episcopus Japoniæ pauper & liberalis, modi vivendi in Societate retinens, 214
Charitas humiliſis, - - - - 225
P. de la Chausee vocatio, 157
Choreis antecineralibus misceret ſedæmon, - - - - 197
P. Cichovius Nicolaus dissimulat ingenium, - - - - 361
Civitas beata Collegio Societati. 27
Cladera Joseph perſuafus Societatem petit, & impetrat, studiosus Meditationis, lectionis, & orationis, - - - - 335
P. Clavius vindicat calendarium novum, - - - - 156
Clemens VIII. moritur, 257
Cleri informatio melior Indorum instructione, - - - - 228
Coadjutor Apostolicus, 26
P.

Index.

- P. Ceboncelius** Jac. officium triplex quotidie recitat, - - - 81
Cœlhus Alexand. Providentia divina servatur, - - - 239
Colet Petrus vult mori ex obedientia, - - - 340
Collegium Romanum, 202
Ratisbonense, - - - 237
Collegii inspectio ab extraneo evitata, - - - 363
Colonia Societatis in insulam Materiam, - - - 281
Concionantis capiti columba infidere visa, - - - 39
Concionator carbo sit ignitus, 56
Ante concionē flagellatio, 56. & 102
Concionator cilicio horridus, sed cœlesti splendore illustris, 102
Concionatorum thesaurus, 86
Concionator lanceis confossum, 265
Concionum efficacia non tam in verborum strepitu, quam dicentis spiritu sita, - - - 270
Congregatio X. Generalis, 32
XIV. - - - - 72
P. Consalvii Ludov. mortem luget
Rex Lusitaniz, - - - = 308
R 2
Con-

Index.

- C**onsilia humana præfertim Superiorum neglecta privant Divino, 320
Conscientia aliorum facilius, quam propria pacatur, - 207
Conscientiaz angores, 245
Contemptus sui est aditus ad familiaritatem cum Deo, 16
Contemptus commoditatum, 274
Contemptus mundi, 333
Contemptus inundi Societatis amor, 374
Controversia de auxiliis, gratiaz, 219
Conversio Sagarum, - 9
 Fæminarum illustrium, 39
 Homicidz vindicta spirantis, 173
 Sæcularium facilior, quam spiritualium, - 183
Conversorum à P. Augerio multitudo, - 86
Conversionis negotium irritum in Ægypto, - 136
Cordium secreta aperta, 58
P. Cordova And. sui & honorum contemptor, - 112
P. Cornæus multorum librorum scriptor, - 301
 P. Cor-

Index.

- P. Cornierus Thom. à B.V. curatus,
ut posset in Societatem recipi, 106
- P. à Costa Josephi vocatio in In-
diam, - - - - - 193
- P. Costensis Martinus coronatus
Athleta Christi, - - - - - 99
- P. Cotonus Petrus ab Henrico Ma-
gno honoratus, contemnit hono-
res, aulicus innocens, 326
- Cracoviæ Domus Professa, & Proba-
tionis inchoata, - - - - - 135
- P. Cravina Petrus absens confligit
cum Christianis contra barbaros,
- - - - - 68
- P. Criminalis Antonius primus è So-
cietate pro fide cæsus, 160
- Crucis desiderium, - - - - - 16
- Crux in celo visa, - - - - - 143
- In Cruce & periculis solidum gau-
dium, - - - - - 234
- Crucifixi intuitus monitor mortis,
- - - - - 222
- P. Cussola Julius vexat corpus, 365
- P. Cuvillonius Balduinus puer ana-
choreta, contemptor mundi, 16

R 3

D.

Index.

D.

- P. Daix Francisci pietas, 174
Davin Sebast. siccum ramum ex obedientia rigat, - 128
Davitia Joannes Coadjutor recreationis horam coram Venerabili traducit, - 144
P. Deckerius Joannes piè moritur, jejunium ejus rigidum, 48
Decretum Censorum contra librum Molinæ non probatur Pontifici, - 298
Defectum Corrector, 156
Defunctus petit pro debit is à se relictis solvi, - 148
Deipara V. præsidium in agone, 43
Vita per eam impetrata diutinior, - 44
Ejus benignitas, - 84
Byssum porrigit ad abstergendum sudorem, - 118
Solatur moestum ob mortem dilatam, - 141
Studiorum publicorum Patrona electa, - 143

Clien-

Index.

- C**lientem suum deducit ad cœlum
& coronat, - 178
Conamendat curam animalium
purgatoriij, - 229
Vocat ad Societatem, 244
Peregrinum suum prandio & cœ-
na reficit, - 249
Supplicat Filio pro diuturniore
vita P. Sailii, 279
Patrona & Fundatrix Exercitio-
rum S. Ignatii, 320
Eius cultus, - 356
Desiderium patiendi: 20. & 137
Devo^tio erga JEsum infantem, 8
Diaz Didacus Victima charitatis, 270
Diligentia in parandis concionibus,
- - - - - 231
Dimissio è Societate fatalis, 34
Dimissi è Societate fraudes, 246
Discipuli nostri in quavis Academia
promovendi possunt, & debent, si
digni sunt, - - - - 284
Disputationes de gratia ad suum tri-
bunal revocat Clemens VIII. 330
Disputatio prima de gratia Societati
plausibilis, - - - - 330
Dector Marianus, - - - 303
R 4 De-

Index.

- Domus Professæ Romanæ construeñ-
dæ opportunitas oblata, 303
In domo Religiosa nihil vile, 265
P. Donatus Edmundus strangulatus,
- - - - - 128

E.

- Edictum à Rege Lusitaniz in favo-
rem Christianitatis Indicæ, 275
Edictum in Gallia de restituenda So-
cieta, - - - - - 9
Efficacia in persuadendo, 43
P. Elianus Joannes Baptist. Hebreus
gente Missionarius zelosus, lotio-
ne pedum usitata in Societate er-
ga hospites firmatus baptismum
optat, - - - - - 258
P. Ellenix Lucas felix in disponendis
fagis, - - - - - 9
Emersonus carcerem viginti annis
tolerat, - - - - - 296
Energumena liberata, 138
P. Engelgrave Henrici eruditio, 280
P. Enzinas splendore vultus illumi-
nat noctu Breviarium, 12
Epistola P. Claudii ad Provincias
post

Index.

- post assumptionem P. Bellar.
mini ad purpuram, 267
P. Olivæ ad Episcopum Chijo-
viensem, - - - 289
S. Ignatii de obedientia, 353
P. Claudii de mediis conservandi
Societatem, - - - 362
Ducis Bavariæ pro Societate, 366
P. Ertmerus Mart. Adolescens de-
sponsat sibi Virg. B. 222
P. de Espinosæ Augustini mortifica-
tio corporis rigida, 147
Obedientia ejus cum oculorum a-
missione, - - - - 149
SS. Eucharistia saepius adorata, 175
Eucharistiæ Veneratio, 304
Eucharistia Medica, 322
Examen particulare, 206. & 305
In examine Scholasticum juvat An-
gelus Gustos, - - - - 225
Exempla magis quam verba valent
ad reformatos mores, 346
Exemptio à quibusvis decimis etiam
Papalibus, - - - - 4
Exhortationem dicitat Spiritus San-
ctus P. Cepario, - - - 305
Exilium nostrorum ex Gallia, 37
R 5 Ex-

Index.

Expeditio prima in Peruviam,	41
Infausta in Peruviam,	76
Felix in Americam,	76
Prima in Brasiliam,	- 133
Ad Cafres,	- - 146
In Africam,	- - 176
In Æthiopiam,	- - - 185
In Indiam,	203. & 346
In Orientem,	- - 293
In Floridam,	- - 299

F.

Patris Faber labor Coloniz pro fide servanda,	96
Card. Farnesii Alexand. Exequiz in templo Domus Professz,	251
Favor Imperatoris Sinensis erga le- gem Christi,	325
Febris translatata reddit ad prius ho- spitium,	300
Ferdinandi I. Imperatoris affectus erga Societatem,	50
P. Ferdinandus Joannes Missiona- rius castrensis egregius, Angeli ope equum coniscendit,	282
Fernandez Amb. Coadjutor victimâ fidei,	34
P. Fer-	

Index.

- P. Fernandius Emman. necis sive
authores non prodit, est felix in
conciliandis dissidentibus, 206
- Ferras Vascus æger non ad domum
paternam, sed ad Nosocomium
divertit, - - - 344
- P. Ferrer Raphaël victima frœdi, ap-
petit ardua, habet donum lacry-
marum, spectaculum profanum
discutit, - - - 321
- Festinandum in via perfectionis, 187
- P. Filcous Rogerius victima pro fi-
de, - - - 238
- P. Florentia Hieron. veridicus Con-
cionator, quid postulet à Rege
moribundo, - - - 295
- P. Florentii Gerardus Missionarius
industrius, - - - 334
- Le Fort Coadjutor quadraginta an-
nis lecto abstinet, - - 232
- Fonseca Gaspar Novitus miræ pa-
tientie, - - - 249
- P. à Fontibus Michaël à purgatorio
immunis, - - - 177
- Coronatur post mortem à Beata
Virgine, - - - 178
- Fortitudo in tormentis, 29
- R 6 P. Fran-

Index.

P. Francisci Joannes solitus de perseverantia in Societate ,	34
Stationes 7.habuit in cubiculo ,	34
Fratres s. à Costa in Societate ,	193
Freredoux Ludovicus Scholaisticus humilis ejuscharitas , Angeli Custodis auxilium experitur in examine scholastico ,	- 225
Fundatores Societatis JESUS & MARIA ,	- - 249

G.

Galliae datur Assistens ,	217
P. Galvanellus Superior excellens ,	269
Gandiae prima Societatis Academia ,	246
P. Gans Joannes promovet cultum Beatæ Virginis ,	291
De Garay Gaspar constans in vocatione ,	190
P. Gardineri studium animas defunctorum juvandi ,	82
P. Garzia Ferdinand. vult contemni & pati ,	273
Gelofus Gaspar Coadjutor custodit linguam ,	101

Mo-

Index.

- Metuit Divinum iudicium, 102
P. Gomez Ferdinand. in nube visus
ascendere cœlum, - 313
P. Gottifredus Alexander Generalis
citò defunctus, 92. & 294
P. Gonzalez Francisci cubiculum
instar oraculi, - 287
Grammatica diu docta, 113. 118. 323
P. Granadus Jacobus per triginta
annos Professor Theologiz, 25
Gratitudo pro victoria, 141
P. Gretserus hæreticorū malleus, 125
Gregorii XIII. liberalitas in exstru-
endo Collegio Romano, 51
Gregorius XV. creatur Pontifex, ca-
nonizat SS. Ignatium & Xav. 166
P. Grossus Joannes carceris ærumnas-
patitur, - 238
P. Grodzicki Stanislaus Lituaniæ A-
postolus, - 262
Gubernandi talentum, 225
P. Guererus ægrotorum amans, æger
non importunus, - 322
P. Gusmanni Ludovici infamia
gloriosè abstensa, - 47
Orat pro calumniantibus, 48

P.

Index.

P. Gutierrez Mart. S. Therese o-
stensus in choro Martyrum , 217

H.

- Hæretorum furor Rigæ , 56
Hæretici non audent adhibere Ex-
orcismos , - - - 139
Hæretici & Schismatici orientales
perfidii , - - - 185
Hæretorum vis ingens ad fidem
reducta , - - - 224
P. Hamelius Joannes Victima chari-
tatis , - - - 189
P. de la Haye Joannis paupertas ac-
curata , Stationes ejus in cubi-
culo , - - - 63
P. Haywodus Gaspar defenditur à
Deipara V. in agone , 43
Henrici M. edictum de retinenda
Societate in Gallia , - - - 9
Henricus IV. Rex zelofissimè egit in
Senatu pro Societate , 50
Inauguratur , - - - 237
Societatem restituit , ibidem.
Concionatorem ex illa sibi de-
ligit , - - - ibidem.
P. Hen-

Index.

- P. Henriquez Henricus diu laborat
in excolendis Indis , honoratur
post mortem , - - - 157
- P. Herbesti Benediti mors devo-
ta , - - - - 262
- Hernandez Franciscus à Deipara ad
Societatem vocatur , 110
- De Hieronymo Josephi vita &
mors , - - - - 21
- P. Hincza Martinus habet talentum
gubernandi , - - - 225
- Hispaniz Rex promovet concordi-
am inter dissidentes de auxiliis
gratiaz , - - - - 324
- P. Hoffer Georgii apparatus ad
mortem , - - - - 73
- Horologium conciliat ingressum in
Regiam , - - - - 104
- P. Hosius Didacus primus è Societa-
te defunctus , animam ejus cœlo
inferri videt S. Ignatius , 376
- Humaniores literæ quinquaginta an-
nis traditæ , - - - - 296
- Humilitas vera nobilitas , 295
- Erudita , - - - - 296
- Disposicio optima ad labores A-
postolicos , - - - - 365
- Fa-

Index.

- Facit egregios concionatores, 261
Humilitatis studium, - 132
P. Hunnæus Alexander memoriaz
stupendæ, Missionarius efficax
& venerabilis, - 364

I.

- Jacobitz Dioscorum sequuntur, 293
P. Jacobi Barthol Nestor Indieus, 61
E Japonia proscribuntur omnes Re-
ligiosi, - - - 209
Jejunium rigidum, - - - 48
Quadragesimale sancte & salubri-
ter observatum, - - - 177
JEsus parvulus cruce sua erigit pro-
stratum, - - - 201
JEsus parvulus morienti dat oscu-
lum & amplexum, - - - 212
S. Ignatii ope liberatur juvenis dia-
bolo mancipatus, - - - 58
Ejusdem Reliquiaz excæcant deser-
torem Societatis, - - - 95
Ejus amor erga S. Xaverium, 122
Imaginæ ejus horret dæmon, 139
Literæ ejus ad Imperatorem Clau-
diūm, - - - - - 223
Ei non solum essentialia Societa-
tis,

Index.

- tis, sed etiam alia ad ipsam per-
tinentia sunt revelata, 198
- Zelus ejus pro conversione Æ-
thiopiaz, - - - 223
- S.S. Ignatius & Xaverius extin-
guunt incendiū, - - - 233
- Epistola ejus de perfectione, 260
- Castitatem P. Cajetani defendit,
- - - - - 278
- Parisii Philosophiaz Laureā insi-
gnitur, - - - - - 297
- Dicta ejus, & gesta jubar observa-
ri Rex Lusitaniaz, - - - - 308
- Vitam novam auspiciatur, - - 345
- Arma sua appendit Aræ B. V. 349
- Excipit animam defuncti, - - 356
- Ignis parcit cubiculo Patrum in Ja-
ponia, - - - - - 170
- Ex Imagine Salvatoris agnoscitur vi-
vus Deus, - - - - - 103
- Imber parcit itineranti, - - - 99
- Immunitas à Choro, - - - - 243
- Impostor deprehensus, - - - 246
- Indifferentia ad quodvis officium,
- - - - - 174
- Indulgentia plenaria pro festo Cir-
cumcisionis, - - - - - 4
- I-

Index.

Infamatio Societatis ,	45
Itèm Ludovici Gusman ,	57
Infans vix status ad orationem se componit ,	228
Infans semestris Salutationem Angelicam recitat ,	243
Informatio juvenum & pauperū ,	78
Innocentia vite mater cruditionis ,	- 254
Innocentii Breve de Congregatione Generali singulis Novenniis ,	5
Inobedientia erga Medicum castigata ,	253
<i>Noxia ,</i>	352
Insomnia per octo dies ,	286
Institutum Societatis immutari non permittit Deus ,	366
Confirmatur , & vota simplicia ,	- 135
Iher felix ,	285
<i>Indicum fructuosum ,</i>	315
Judicii Divini metus ,	178
Julius III. Pontifex creator ,	162
Institutum Societatis confirmat , & declarat ,	163
S. Ignatium jubet sub obedientia petere necessaria ,	- 163
Mo-	

Index.

- Moritur, - - - 341
P. de Juliis Ignatius monetur de instantे morte, Operarius infessus incommodorum tolerans, 187
P. Justinianus August. stupendæ memorie, - - - 253
P. Justiniani Fabii rigida mortificatio, - - - 300

K.

- P. Kedd Jodocus parvis libellis impugnat acriter hereticos, 361
P. Knudde diligens in parandis cionibus, egrediens & ingrediens cubiculum salutat Beatissimam Virginem Mariam, 231

L.

- P. Labbe Philippus collector conciliorum, - - - 318
Labores Apostolici liberant à purgatorio, - - - 177
Labor infructuosus compensatur, - - - 241
Laborum fructus, - - - 313
Laborum solatium, - - - 114
P. Lai-

Index.

- P. Lainez Jacobi auctoritas in Con-
cilio Tridentino, - 176
Eiusdem missio fructuosa, 70
Redit Romanum, - 181
Quantus, - - - 85
Ingentes ejus & fructuosi labo-
bores, - - - 167
Cardinalis Mantuanus de eo judi-
cium, - - - 176
P. Lallemant Gabriel tormenta hor-
ribilia tolerat, - - - 317
P. Lallemant Hieronymus cupidus
Missionis ardua, - - - 113
P. Lancicij Nicolai acta, zelus fidei,
ardor patiendi, - - - 372
P. Landinus Sylvester ob impatiens
tiam in morbo à Societate semo-
tus, - - - 258
P. à Lapide Cornelius, doctus & hu-
milius, - - - 296
Lauretanus Joannes Thomas prius
Amurathes jubetur à B. Virgine
ingredi Societatem, - - - 28
Lazzari Basilius silentium strictum;
nomen Sancti obtinet, mira pa-
trat, - - - - 232
P. Lea Patrik. victima charitatis, 348
Lo-

Index.

- Lectio librorum spiritualium utilissima, - - - - 148
Lecti usus neglectus, - - - - 232
Legati expediuntur ex Japonia ad Pontificem Maximum, 212
Eorum adventus in Urbem, 341
Legatio P. Possevini in Moschoviam, - - - - 354
P. Lelešzi victimā pro fide, 234
P. Levesquius Guilielmus moritur juxta vaticinum, - - - - 291
P. Leonius Agnus & Leo, 165
Institutor Sodalitatum Marianarum, - - - - 166
Leprosus ex charitate in lectum admissus sanatur, - - - - 36
P. Lessius Leonardus morborum ergastulum, patientiæ heroicæ; doctrina ejus d'è gratiæ auxiliis, & prædestinatione indemnis, 67
Libros prohibitos legendi facultas, - - - - 36
Libertas concessa tractandi de auxiliis gratiæ, - - - - 233
Liberalitas profusissima erga egenos, - - - - 332

Lin-

Index.

- Lingua S. Antonii mutat stylum
concionatoris , - 242
Linguæ custodia, - 101
Linguarum studium & peritiâ, 8
P. Lopez Antonius occisus cognoscitur ex libello examinis particularis , - - - 305
P. Lopez Hieronymus actus contritionis & confessiones generales promovet, - - - 142
P. Lorinus Joannes interpres Sacrae Scripturæ, - - - 356
In loquela cautela, - 95
P. Loversa Vincent. victima fidei, 216
Lucernenses Helveti extorquent
Collegium sibi concedi, 71

M.

- P. Madridius Antonius Concionator, carbo ignitus, - 56
P. Maldonati Joannis lectiones avide audiuntur, - - - 24
P. Malvesius Herveus victima profide, - - - 218
P. Manarensis Oliverius ambitus accusatur, - - - 158

A Gre

Index.

- A Gregorio XIII. innocens pro-
nunciatur, - - - 160
P. Manrique Petrus parat se ad mor-
tem, - - - - 57
Manuum lotio ante convivium cœ-
lestis, - - - - 52
S. Maria Deipara clientem suum post
mortem coronat, - - 20
Ingressum in Societatem suadet, 28
Vide Deipara.
- P. de Marinis Joan. Bapt. Gen. Ord.
Prædicatorum hortatur suos ad
concordiam cum Societate, 350
P. Martinez Emmanuel fidei Victi-
ma, - - - - 136
Martinez Franciscus prima victrix
fidei apud Sinas, - - 375
P. Martinez Petrus Episcopus Japo-
niæ ex eleemosynis vivit, 205
P. Martinus Ignatius in alium Con-
cionatorem mutatus, 243
P. Martinon Joannes Theologus
moderatè amat scripta sua, 153
SS. tres Martyres Japones, 152
P. Mascarenia Petrus multas gentes
convertit, - - - - 33

P. Ma-

Index.

- P. Masius Gaspar omni hora ad mor-
tem paratus, - - - 170
P. Mastrillus Marcellus à S. Xaverio
sanatur, - - - - 14
P. Maurus observans D. Thomæ, 79
Mayer Balthasar Cultor Deiparæ &
Concionatorum, - - - 356
Medicinæ periti nostrí possunt sub-
venire infirmis citra aduisionem
& incisionem, - - - 175
Meditatio attenta, - - - 322
R. le Mello Martinus vestem triginta
annis portavit, - - - 64
Memoria stupenda, - - - 253
P. Meczynski Adalbertus victimæ
fidei, sermo ejus de Beata Virgine
ejusque salutatio, - - - 343
P. de Mendoza Sancius victimacha-
ritatis, - - - - 132
Mercatorum consernatione Salutaris,
- - - - - 42
Meseguer Joannes Coadjutor prævi-
det morrem, - - - - 30
P. Metsch multos hæreticos ad fi-
dem reducit, - - - - 224
Missionis arduæ cupiditas, 113
Missio fructuosa, - - - - 70
In-

index.

Indicæ desiderium ardēns,	316
Missionarius excellens,	186
Industrius,	334
Ejus officium sublime,	329
Mlocki Jacobus Scholasticus à Dei-	
para V. ad cœlum ducitur,	184
Mocchius Joan. Bapt. Cultor Sacer-	
dotum, ejus patientia,	287
Modestia religiosa,	346
P. Molinæ novitas doctrinæ affingi-	
tur,	40
Pro ejus libro suffragium Acade-	
miæ Hispalensis,	65
Cassiano non consentit,	87
Concordat cum S. Augustino,	88
Doctrina ejus indemnis,	119
Nova ejus discussio,	100
Nec majores, nec minores tribuit	
vires libero arbitrio quām San-	
ctus Augustinus,	330
Monomotapæ Rex baptizatur,	84
Montano Ægidio inobedientia con-	
donatur,	352
P. de Morales Franciscus querebis	
modestis delectat Christum,	215
P. Morales Sebastianus Episcopus	
Japoniæ,	358
S	Mor-

Index.

Morbi & funera in Collegio Goano,	
	204
Moribundus à JEsu & Maria evoca-	
tus, - - - - -	109
P. Mors Henrici cruenta, & jucunda-	
mors, - - - - -	137
Mors jucunda, - - - - -	26
Prævisa, - - - - -	162
Ad mortem præparatio per exer-	
citia spiritualia, - - - - -	77
Mors musica, 98. & 102	
Viris Apostolicis non est formida-	
bilis, - - - - -	120
Pretiosa P. Francisci Alberti, 121	
Subitanea Patris Oviedo, 170	
Suavis in obsequio charitatis, 201	
Devota, - - - - -	262
In morte gaudium & luctus, 252	
Mors ex obedientia, - - - - -	340
Mortificatio corporis rigida, 300	
Constans, - - - - -	390
Mortificationis studium, 335	
Mortificatio Gustûs, - - - - -	368
Moschus parta pace ferox, 66	
P. à Motta Calixtus Victima charita-	
tis, - - - - -	579

P. Mun-

Index.

- P. Munfordus in carcere pro fide,
adjuvat animas purgatori. 283
P. Musart Carolus juvenum & pau-
perum informator. - : 78

N.

- P. Nadasí Joannes Scriptor vario-
rum librorum, - - - 259
Nativitas Christi in stabulo celebra-
ta, - - - - - 38
Negotia sacerdotalia Principum gravi-
ter vetita, - - - - - 80
P. Nickel Gofwinus Vicarius Gene-
ralis, - - - - - 32
Electus Præpositus Generalis, 316
Nobilius Robertus Card. moritur, 78
P. Nobilius Robertus linguarum pe-
ritus modo vivendi Brachmanum
se conformat, - - - - - 73
Nomen JEsu Ordini nostro æter-
num est ac venerabile, - - - - - I
P. Nunnez Melchior à S. Xaverio
Rector constituitur, - - - - - 240
P. Nunnius Alphonsus Rector juve-
nis, sed maturus, contemptor sui;
industria ejus faciem hominum - -

Index.

erudiendi , facilius meretricem
quam Sacerdotem convertit, 182

O.

- Obediendi ars, - - - 57
Obedientia cæca, - - - 98
Recta docuit ad cœlum, 229
Heroica P. Villaregii , 53
Heroica cum oculorum amissione,
- - - - - 149
Explorat eam S. Ignatius, 150
Obsequia humilia aptissima ad con-
versionem animarum , 195
Officium & Missa de Sanctissimo No-
mine JESU, - - - - 61
Officium Ecclesiasticum triplex quo-
tidie recitatum, - - - - 81
P. Ogilbæus Joannes Victima fidei,
insomnia per octo dies, patibu-
lum osculō & amplexu veneratur,
- - - - - 286
P. Oller Raphæl operarius strenuus,
- - - - - 210
Operarius indefessus, 187
Insignis, - - - - - 153
Fervens in nube ascendit cœlum,
- - - - - 318
Ora-

Index.

- Orationis studium , 9. & 101
Oratio pro calumniantibus, 48
Oratio nocturna, - 249
Affiduitas ejus , - 98
Efficacia , - - 94
Eâ profligantur barbari, 141
Frequens, - - - 165
Ordines sacri suscipi possunt ante
professionem, - - 242
P. Organtinus desiderat Missionem
Indicam, - - - 316
P. Ottellus Hieronym. domi Agnus,
in pulpito Leo, Dominus cord ium
- - - - - 261
P. Oviedo Andreas Patriarcha Æ-
thiopiæ, - - - - 184
Expeditio ejus in Æthiopiam, 191
Legatio & spes dissipata, 193
P. Oviedi Franc. mors subitanea, 170

P.

- P. Paez Stephani defuncti animam
excipit S. Ignatius, - - 355
P. Paliola Francisc. victimæ pro fide,
- - - - - 125
P. Paronymph. Gaspar ob studiū pau-
pertatis à Deip. V. laudatur, 102
S 3 Con-

Index.

- Concionatur in cilicio**, ibidem.
Parisenses scholæ apertæ, 220
P. Pasqualis Julius fidei victimæ, 136
Patiendi ardor, - 344
Patientia fortis, - - 178
 Inter horribilia tormenta, 312
 Stupenda, - - - 117
S. Paulus simul cum P. Joanne Fernandez concionatur, 109
Paulus V. finit Controversias de auxiliis Gratiarum, - - - 119
P. Pavonus vix natus ad orationem se componit, bonus Informator Cleri, felix in promovendis discipulis ad statum Religiosum, 228
Paupertas accurata, - 63
 Empta, - - - 244
 Evangelicorum operariorum, 134
Pazmanus Card. Petrus zelosus pro Ecclesia, humilis, magnificus, 328
P. Pechamus moribundus à JESU & Maria evocatus, - 109
P. Pelletarius Doctor Marianus, 8
P. Perez Ant. Theologus admirabilis, - - - 254
P. Perez Franciscus cum Christo natus & mortuus, - 339
Cum

Index.

- C**am duobus filiis primam DEO
hostiam litat, - 340
Pericula propter Deum suscepta ja-
cunda, - - - 108
Periculorum contemptus, 134
P. Perinus Leonardus indifferens ad
quodlibet officium, erga eum re-
verentia, - - - 174
De Perseverantia in Societate solici-
tudo, - - - - 34
Perseverantiae donum requirit gra-
tiam efficacem, non tamen prede-
terminantem, - - - - 115
Peruanum Regnum Christo subje-
ctum, - - - - 8
P. Petkoroski Gaspar multum labo-
rat, parum comedit, in aula nihil
damni patitur, - - - 197
Pictaviam Socii purgant ab heresi,
- - - - 227
Pictura apta ad promovendam Reli-
gionem, - - - - 91
Pietatis exercitia in diuturna navi-
gatione, - - - - 147
P. Pintus Franciscus odio fidei tru-
cidatur, - - - - 52

Index.

- P. Pisquedda ab Angelo nominatur
Salvator, - - - - - 359
- S. Pius V. Pontifex creator, ejus affe-
ctus erga Societatem, abhorret ab
ejus reformatione, - - - - - 30
- P. Platerofe Rob. Professor huma-
niorum scholarum perpetuus &
ordinatus, - - - - - 282
- Plinius Indicus, - - - - - 301
- Poenitentia fructuosa, - - - - - 258
- Etiam Martyribus non negligen-
da, - - - - - 81
- Nemini sinè ea decessendum, 252
- P. Ponce Joannis humilitatis studiis,
- - - - - 138
- Pondo Thomas carcerem & catenas
30. annis pro fide toleravit, 266
- P. de Ponte Bernardo B. V. byssum
porrigit ad abstergendum sudore, - - - - - 118
- P. de Ponte Ludovicus Asceta cele-
bris, Doctoris laureâ visus in cœ-
lo coronari, Angeli curant vulne-
ra ejus in flagellatione. Luminis
Divini in eo copia, votum de
non committendo peccato venia-
li, - - - - - 196
- P.

Index.

- P. Portillus Hieronymus efficax in
persuadendo, - - - 41
- P. Possevinus pacem constituit inter
Polonos & Moschos, - - 66
- Labores ejus, itinera, legationes,
institutio Seminariorum Pontifi-
ciorum, - - - 236
- P. de Prado Hieronymus parvulum
JESum cruce onustum habuit spe-
tabilem, - - - 200
- Prædestinationis decretum absolu-
tum est, - - - 17
- Non est propter liberi arbitrii bo-
num usum, - - - 69
- Revelatio, - - - 348
- Prædeterminatio physica lapis of-
fensionis, - - - 289
- Præfigia mortis cruentæ, 248
- Prescottus paritur pro fide ærumnas
carceris, - - - 215
- Princeps variæ Religionis tandem
Catholica, - - - 262
- Cum Principibus reverenter & fi-
denter est agendum, - - 83
- Privilegium docendi etiam ubi Aca-
demiae sunt, - - - 284
- Procurator eximus, - - 361
- S 5
- Pro-

Index.

Professor Theologiz per 30. annos,	25
" "	25
Professionem 4. Votorum facturi , quomodo mediocritatem in virtute excedere debent , - - - - -	224
Promissio ingrediendi Societatem in formula votorum simplicium est verum votum , - - - - -	79
Providentia Divina , - - - - -	235
Provincialis pauper & humilis ,	183
P. Puellas Didacus Professor unius discipuli , - - - - -	20
Purgatorii animæ adjutæ ,	178
Ab eo immunitas , : : : :	177

Q.

Querelæ modestæ inter dolores de- lectant Christum , - - - - -	215
Quies laboriosa , : : : :	35
Quies secura in Corde Christi ,	208
P. Quiros Ludovicus Victima pro fide , - - - - -	144

R.

P. Ramirez Hieronymo secreta cor- dium patent , - - - - -	57
Vocatio ejus ad Societatem ,	58
Re-	

Index.

- R**ecreationis hora coram Venerabili
Sacramento traducta, - 144
P. Reginaldi Valerii sermo cautus, &
castigatus, - - - 304
Religio Christiana in Japonia cœli-
tus defensa, - - - - 97
Religiosus accuratus, - - - 44
P. Renart pestiferæ luis vigesies vi-
ctor, tandem occubuit, 132
P. de Renesse Joannis patientia for-
tis, - - - - 178
Revelatio facta S. Borgiæ de salvan-
dis in Societate, - - - 199
Rhetorica docta post Theologiam,
- - - - 174
P. Riccius Sinensem Metropolim
adit, - - - - 103
Horologiō conciliat ingressū, 104
Ex Imagine Salvatoris agnoscitur
vivus Deus, - - - - 105
Domicilium stabile ei concessum
apud Sinas, - - - - 105
Fundat Domicilium Societatis
Nanchini, - - - - 154
Rigenses turbæ, - - - 56. & 155
Ritus excipiendi hospites, 191

Index.

- P. Riviere Simonis humilitas fugit
vanam gloriam, - 162
- P. Robe Joannes febri liberatus, cā-
dem iterum corripitur, extingui-
tur, - - - 299
- De Rocha Vincentius Sanctos ante
somnum veneratur, ejus patiendi
desiderium, - - - 20
- P. Roche Jacobus Eucharistiā utitur
pro medicina, ardenter loquitur
de Divinis, - - - 321
- Rodes Franciscum itinerantem diri-
git S. Ignatius, - - - 375
- P. Rodriquez Alphonsus per 40. an-
nos Magister Novitiorum, 218
- P. Rodriquez Christophorus Missio-
narius excellens, Provincialis
pauper & humilis, - - - 183
- P. Romerus victima fidei, 339
- P. Rubinus Ant. victima fidei, 339
- P. Ruiz Joannes vir miræ innocen-
tiæ, - - - - - 43
- P. de Rupniew Ujeyski fuit ex Epi-
scopo Jesuita, - - - 260
- P. Ruiz Didacus dies vacationum à
studiis prolixiori orationi dat, sin-
gulis mensibus diem deligit pro
re-

Index.

recollectione, studet flexis genibus, - - - 309

S.

- Sacerdos senex Coadjutorum officiis fungitur, - - - 106
Sacrificium in cilicio, - - - 243
Sagarum Conversio felix, 9
P. Sailus Thomas cubiculo egressus B. V. statuam salutat, B. V. pro diuturniore ejus vita supplicat, apud Ducem efficit, ut in castris tubæ clangore signum detur pro salutanda B. Virgine, 279
Saito Andreas Coadjutor exul pro fide, - - - - 243
P. Salianus Jacobus Annalibus mudi celebris, - - - - 103
P. Saller Adamo prædestinatio reuelatur, conciones flectendo scribit, - - - - 348
P. de Samaniego Jacobus cultor S. Michaëlis, una veste triginta tribus annis usus, - - - - 274
Salmanticæ 2. Cathedræ Theologiz obtentæ, - - - - 45

P. Sa

Index.

P. Salmeron Missionarius Apostoli-	
cus, - - -	186
Saltamochius Guilielmus fidei victi-	
ma, - - -	161
Salutatio B. V. egrediendo & ingre-	
diendo cubiculum ,	279
Salus hominis in manu ejus,	195
P. Sanchez Gabriel Vir Apo-	
stolicus, - - -	9
P. Sanchez Gaspar humaniores lite-	
ras annis 50. tradit, - - -	296
P. Sancius Jacobus vocatur ad Socie-	
tatem, - - -	210
Sanctorum veneratio ante somnum,	
- - - -	20
Sanga Mathias exul gloriosus ,	229
Sanitas restituta ope P. Francisci	
Suarez, - - -	11
P. Saxus Franc. Missionarius in A-	
gypto , - - -	136
P. Scammacæ Josephi concionantis	
capiti columba insidere visa ,	39
P. Schachtius Henricus ingeniosus	
& humilis in zelo , - - -	12
P. Schapelin cautus in loquendo ,	
- - - -	95
Scholaisticus zelosus , - - -	12
P. Schot-	

Index.

- P. Schottus Andreas libris numero-
sis clarus, - - - 102
Schrammeus Michaël dæmoni sub-
scriptus liberatur, - - 58
Sermo scintillans, - - 322
P. Serranus Jacobus moriens accipit
osculum, & amplexum à JEsu par-
vulo, mortuo nemo precatur re-
quiem æternam, - - 311
Silentium strictum, - - 232
P. Silveria novam sedem accipit in
India, - - - 130
Expeditio ejus ad Cafres, 146
Regem Monomotapæ baptizat,
- - - - - 84
Sinensis Imperatoris benevolentia
erga Nostros, - - - 325
Sitis diu tolerata, - - 187
Sixtus V. à Societate alienatur, 15
P. Skarsinski repentinè moritur in
obsequio charitatis, 201
Societas JEsu adversariorum pœnas
non desiderat, - - 27
Alimenta non tenetur dare dimis-
sis, - - - - - 111
Amoris est Societas, - - 63

Bra-

Index.

- Brachium dextrum Ecclesiaz , 127
Ob copiam adversariorum felix ,
- - - - - 374
Ejas restitutio in ditionem Vene-
tam , - - - - 114
Societatem ipso non indigere, qui-
que sibi persuadeat , 337
Sodalitates erigendi facultas , 23
Sodalitas pœnitentium instituitur
operâ P. Augerii , - - - 331
Soier Ignatius Scholasticus devovet
se, & moritur pro incolumitate
Collegii , - - - - 113
P. Sommalius Henricus ad ordinariâ
recreationis horam se disponit ,
- - - - - 371
Somnus in Colloquio profano , 367
Spiritus Sanctus format verba in ore
P. Ceparii , - - - - 305
P. Sotuellus Robertus victimâ fidei
decies toleravit equuleum , 257
Triplici donatus laureâ , 258
P. Spinola Carolus solvit in Japo-
niam , - - - - - 371
P. Stanihursti innocentia & castitas
defensa , - - - - - 49
Stationes in cubiculo , - - - - - 34
P. Sua-

Index.

- P. Suarez Francisci Nativitas, 24
Ejus ope sanitas restituta, 11
Liberatur à lectionibus Theologici,
- 203
Primam hostiam offert, 351
- P. Sucquet Ant. novam vestem ob-
sequiis culinæ initiat, 194
- Superiores humiles, 240
- In surgendo tarditas offendit Ange-
gelum Custodem, 35
- P. Susa Salvator hausta sanie ex ulce-
re ægrotum sanat, 124
- P. Swihowski Wenceslaus habet
donū convertendi fœminas illu-
stres, 39
- De Silva Eduardus Coadjutor Apo-
stolicus, 26
- P. de Silva Franciscus quievit in
Corde Christi, 207
- P. Sylveria Gonsalvus victimā fidei,
- 307
Regem cum Proceribus baptizat,
- 84
- Corpus ejus Crocodilos mansue-
fecit, custoditur ab aquilis, 308

T.

Index.

T.

- P. *Tablares* Petro pretium Evangelicæ paupertatis priùs incognitū, - - - - - 270
Taichier Mancius Coadjutor promovet fidem picturā, - - - - - 91
P. Tamburinus Angelus electus in Generalem, - - - - - 129
P. Tanneri Mathiæ opera de Societate, - - - - - 166
P. Terentius Joannes Missionarius Sinensis præstans, - - - - - 300
Theologi 2. à Pio V. expediti ad comitia Imperii, egregiam ibi operam præstant, - - - - - 276
Thesauri Divini Præfectus, - - - - - 332
S. Thomæ Aquinatis doctrinatenenda Professoribus Theologiaz, & quomodo? - - - - - 271
Tibaldus Joannes post luctum pœnitentiaz sentit consolationes Divinas, - - - - - 313
Timor Domini operariorum nostrorum antidotum, - - - - - 312
Tormenta Japonica scrobis & aquaz, - - - - - 359
P. Tor-

Index.

- P. Torrensis Hieronymus accuratus
Religiosus, - - - - - 44
SSS. Trinitatis mira confessio, 33
P. Tuccius Stephanus stupendus pa-
tientia, - - - - - 117
Turbæ in Hispania externæ & inter-
næ, - - - - - 181
Turbo contra Societatem in Gallia,
- - - - - 237
P. Tylkowski Alberti studium affi-
duum, - - - - - 64
P. Tyrius Jacobus monetur à Sancto
Ignatio, ut plūs virtuti studeat,
- - - - - 331

V.

- P. Valditarus habet venerationem
apud Coætaneos, 353
P. Valignani labores in promoven-
da Ecclesia Japoniæ & Sinarum,
- - - - - 90
P. Vallaregius Alexander operarius
indefessus, charitatis victima, 53
P. Vallius Paulus victima pro fide,
- - - - - 153
Vana gloria fugienda, 162
Vaticinium de morte, 60
Vay-

Index.

- Vayle Gabriel à Deipara invitatur ad cœlum, - - - - - 368
- P. Ubierna Franc. impetrat longiorrem vitam à Deipara V. 44
- De Vega Petrus Coadjutor sexagenarius artem futoriam discit, & exercet, - - - - - 137
- P. Velati Joannis Baptistæ agonizantis Angelus curam gerit, 235
- P. Verbiest promovet rem Catholicalm in Sinis, - - - - - 91
- Werden Henrici Coadjutoris patientia, - - - - - 222
- Vestis annis 30. gestata, 64
- Nova obsequiis culinæ initiata, - - - - - 194
- Utrius usus per triginta tres annos, - - - - - 274
- Viaticum recusant Missionarii, 227
- Victimæ Charitatis, 132. 149.
- Victima fidei in Japonia, 33
- Victimæ pro fide, 136. 137. 144. (152. & 160)
- Victoria præclara Regis Bungi faventis Christianis, - - - - - 170
- P. Ujeyski Thomas obtinet facultatem

Index.

- tem transfeundi ad Societatem ,
- - - - - 260
- P. Villalobos afflito Crux ostensa,
cum promissione majoris affli-
ctionis , - - - - - 265
- P. Villa Regali Franciscus Nativita-
tem Christi in stabulo cele-
brat , - - - - - 38
- Lingua ulcus abstergit , - - - - - 39
- P. Villaregius Alexander memorabi-
lis mukis præclarè gestis , - - - - - 53
- Vir Apostolicus & corpore & animo
valeat , - - - - - 13
- Virtuti magis quam scientiis studen-
dum , - - - - - 331
- Vita in Societate fuitaris , - - - - - 348
- In Vita agendum , sicut quo in morte
non doleamus , - - - - - 84
- P. Vitellesci Mutii Generalis suavi-
tas & æquanimitas , - - - - - 168
- Magni æstimat vocationem ad So-
cietatem , - - - - - 169
- Vocatio ad Indiam , - - - - - 193
- Ad Societatem , - - - - - 210
- P. Vortingus Joannes post multos
labores moritur , - - - - - 109

Vo-

Index.

- Votorum renovatio frequens, 9
Veneratio, - - - 26
Quatuor Votorum professio humili-
ter repudiata , - - 106
Votum paupertatis & de non ad-
mittendis dignitatibus, 108
Vota 2. post professionem edi folita
Pontifici reservata , - - 129
Votum de peccatis vitandis efficax,
- - - 197. & 77
Usus bonus gratiæ non provenit à
solo libero arbitrio, 92
Vultûs splendor locò lampadis in
Breviario noctu recitando, 12

X.

- S. Xaverius fugit saniem ex ulcere,
- - - - 36
Ejus zelus, - - - - 46
Securitas in summa tempestate,
quam sedat, - - - - 54
Quam methodum tenuit in pra-
dicando, - - - - 55
Describit dotes mittendorum in
Indiam, - - - - 62

Ejus

Index.

Eius reverentia erga Sanctum Ignatium,	63
E Japonia revertitur in Indiam,	105
Regem Lusitaniae fidenter admonet de morte,	110
Erga S. Ignatium amor & reverentia,	122
Japones deliciae ejus,	123
Sinas adire cupit,	ibidem.
Nomen S. Ignatii inter reliquias gestat,	130
Duos è Societate dimitit,	146
Adolescentem non admittit, nisi in Nosocomio probatum,	ibid.
Donum linguarum,	188. & 241
Vaticinium triplex,	188
Simonem Rodericum amplexus fanat,	263
Miraculosè fanat infirmam,	292
Severitas in ebriosos,	302
Philosophiaz Magister creatur,	306
Eius suffragium pro Præposito Generali,	ibidem
Movet in Indiam, parat se ad iter,	310
	Pc.

Index.

- Petit methodum agendi in India , - - - - - 319
 Lauretum cum Sociis invisit , 334
 Corpus ejus Malacam delatum
 peste liberat civitatem , 336
 Charitas ejus erga ægrum Socium
 & Neophytos , - - - - - 357
 Inquisitio de sanctitate ejus , 362
 Est fortuna Regis Lusitaniz , 363
 Conciliat sibi Sanctum Thomam ,
 - - - - - 369
- Ximenus Joannes Coadjutor per
 obedientiam cæcam ducitur
 ad cœlum , - - - - - 229
 Beata Virgo commendat ei curam
 animatorum purgatorii , 229

Y.

- De Yevenes Jacobi Coadjutoris ca-
 ca obedientia , - - - - - 98
 P: Yuki Didacus Victima pro fide ,
 : : : : 164

Z.

Index.

Z.

- P. Zanonius Bernardinus cautus in sermone, - - 367
P. de Zara Hieron. 30. annis tradit Grammaticam , - 118
Zelus animarum, - 235
Apostolicus, - - 157
Humilis & ingeniosus, 12
Zelus Scholaftici, - 12
Zelus convertendi Schismaticos, 244
Sinè obedientia, - 353
Fidei, - - 372
P. de Zuniga Joan. Rector Collegii ante Sacerdotium, supplicatio pro fanitate ejus , 140
Mœstum ob mortem dilata in solatur B. Virgo, - 141
Notandum: Defunctorum plerisque excerptos esse ex P. Nadasi Anno Dierum Memorabiliu m; quibus ex Sotuelli Bibliotheca Soc. JESU, Tannero, &c. alii accesserunt.

O. A. M. D. G.

